M·B·N

1552

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-143071-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-143071-p0002-2

# DE SYNTAXI PARTIUM ORATIONIS APUD Græcos Liber,

Authore

GEORGIO FABRICIO

Chemnicenſe.

*Item*

VERBA ANOMALA SECUNdum ordinem literarum.

*Et*

LEGES SCHOLASTICAE, Carmine Iambico trimetro, per Adamum Siberum.

Cum gratia & priuilegio Cæſario ad Septennium.

ARGENTORATI APUD Vuendelinum Rihelium,

ANNO M. D. XLVI.

Cb 857 t 3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-143071-p0003-8

# M. TOXITES R. AD PVERVM GRAECAE LINguæ ſtudioſum.

Syntaxes puer edidere multi
Sed Graiæ, mihi crede, nulla linguæ eſt
Aetati melior rudi, aptiorq́;,
Quàm quæ Fabricij, bono, Georgij
E docta, alite, prodit officina.
Non eſt cur abeas per æſtuoſi
Syrtes æquoris hinc procul uadoſas:
Linguæ diuitias tibi Pelaſgæ,
Et quidquid faciles habent ſorores,
Sacratosq́; libellus iſte fontes
Abſq; ambagibus indicabit ullis.
Ergo Fabricium ducem ſequaris
Montis ſacra biuerticis per arua,
Qui uirtutibus, eruditione,
Vitæq; integritate, moribusq́;,
Et candore animi, fideq́; laudem
Iampridem fuit aſſecutus omnem.

# GEORGIVS FABRICIVS CHEMNICENSIS, SIgiſmundo Georgio à Ditrichſtein, S.

EX IIS literis, quas ad me Maſſenbergo dediſti, te recolore priſtinam amiciciam noſtram, & ijs adhuc in ſtudijs uerſari, quæ tum cum Patauij ſimul eſſemus, maxime ſequebaris, animaduerti atq; didici: alterum mihi ob perſpectam animi tui naturam dubium non fuit, de altero ualde timui propter uarietatē temporum, & motus bellorum, qui poſt tempeſtatem Turcicam prope uos exortam, ueſtris fortunis atq; capitibus in dies penè ſingulos ſunt expectandi. Verum lecta nuper humaniſſima epiſtola tua, mirum in modū gauiſus ſum, & nomine tuo, & literarum communium, te enim iampridē,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-143071-p0005-9

ut dignus es, amo: & bonis literis per te tuiq; ſimiles multum decoris & adiumenti accedere intelligo. Quam obrem cum hunc librum de conſecutione partium orationis apud Græcos doctorũ amicorũ hortatu publicarem, ad te eum amoris atq; coniunctionis noſtræ quaſi teſtem mittendum exiſtimaui. In quo quidem colligendo, aliorum enim hæc inuenta ſunt, et breuitate ipſa, et exemplorum delectu, ſtudioſos allicere uolui. In peruulgatis præceptis, quæq; à latina oratione nihil diſcrepãt, annotandis, curioſus non fui. Latina uero cũ Gręcis coniunxi de induſtria, ut & ad linguæ Græcæ cognitionem, & lectionem Poetarum Latinorum quaſi uiã quandam pueris, hoc eſt, imperitioribus oſtenderem. Sed de labore meo non dicam amplius, malo enim te legendo cognoſcere. Quamuis autem tu, eos iam in hac lingua progreſſus habeas, ut minime egeas opera no-

ſtra,

ſtra, tamen probabis, ut puto, animi ſtudium, & patieris non inuitus tuo me exemplo uti ad excitandos alios, cum tui ordinis, tum etiam inferioris loci adoleſcentes. Cum enim omnibus utilis ſit literarum ſcientia, tum præcipue & utilis & neceſſaria eſt ijs, quibus capeſſendæ olim Reip. onus incumbit, quos cũ in tam illuſtri gradu poſuerit, uel maiorum uirtus, uel ipſorum dignitas, ad ſuſtinendũ atq; tuendum talem ſplendorẽ maximis ſanè rebus indigẽt, quę quidẽ res niſi linguarũ ſtudio ac doctrinæ ſcientia parari nulla ratione poſſunt. ea autẽ quanta quanta ſunt, ſua in his principijs fundamenta poſita atq; collocata habent: idq; ita eſſe cum res ſcilicet ipſa teſtatur, tum duorum præſtantiſſimorum hominum declarat exemplum, Conſtantini Laſcaris & Theodori Gazæ, quorum ille animo ipſo maioribus ſuis non inferior, ex imperatoria enim familia natus eſt, hic Põ

tificum & totius Latij gratia atq; ami
cicijs florens: uterq; doctiſſimus, et in
omni genere ſciẽtiarum exercitatus.
Hi duo inquã uiri, eiecti patria, ſpo-
liati fortunis mira quadam ratione
Græciam inſtaurantes, ſedes ſibi no
uas poſuerunt, eo quidem ſucceſſu,
ut & Italiæ uniuerſæ, cuius olim ſub
dominatu fuere, Græci hodie impe-
rent, & Germaniam Galliam, Hiſpa
niam, Britanniam, Oceanum deniq;
ipſum, ſua ditione atq; poteſtate ſint
complexi. Vbicũq; enim lingua ipſo
rum uiget, libri leguntur, ingenia in
admiratione ſunt, ibi Græciam ad-
huc eſſe ſtatuimus. Hoc autem impe
rium eodem auſpicio, & ijs planè ini-
tijs ſibi pepererũt, quibus nos quoq;
hominibus ſtudioſis ad elegantiæ &
ſapientiæ laudem aſpirandum eſſe
cẽſemus. quamuis enim illi, quos mo
do nominauimus uiri, maiores diſci-
plinas atq; ſciẽtias ingenijs excolere,
et poſteritati tradere potuiſſent: tamẽ
hanc

hanc quæ ſermonis puri atq; emenda
ti eſt, artem infimam illuſtrare uolue-
runt, ſed ita infimã, ut ea ſublata ſum-
mas etiam corruere ſit neceſſe. Præ-
clare igitur tu, præclare optimus ac
ſtudioſiſſimus adoleſcens Adamus,
frater tuus, hanc uiam laudis & excel
lentię ingreſſi eſtis, quam ſi continua
bitis atq; perficietis, uera uobis orna-
menta accedent, & patria ipſa ex ue-
ſtra olim uirtute atq; doctrina opta-
tos fructus percipiet. Tuum itaq; Si-
giſmunde Georgi nomen huic libro
præpoſui, cum ob amorem erga te
meum, qui ex literarum ſocietate pri-
mum natus eſt, tum etiam ad exem-
plum, ut alij quoque amplectantur,
quod tu rectum eſſe probas, quodq;
magna conſtantia es iam inde à pue-
ro perſecutus. Vale. Argentorati.
Idib. Martij. Anno Christi M. D.
XLVI.

hanc quæ [illegible] pu[illegible] ſpectanda
rit, ſit autem nomen illuſtrare eius-
rum, ſecuta in illa, ut caſtis diſci-
ma gis etiam contrare ſit neceſſe. Præ-
clare igitur tu, præclare ſpem eius ac
[illegible] adoleſcens Adamus,
[illegible] hanc tuam laudis & excel
lentiæ ingenij eſſe quam ſit continua
bus atq; perfectis, uera uel [illegible]
menta accedunt, & [illegible] excu-
ra olim [illegible] atq; doctrinæ opu-
ros fructus percipiet. Tuum autem [illegible]
[illegible] Georgij nomen huic libro
præpoſui, cum ob amorem erga te
meum, qui ex literarum ſocietate pri-
mum natus eſt, tum etiam ad exem-
plum, ut ſi quod ille amplectatur,
quod tu rectum eſſe probas, quodq;
magna contentione [illegible] pue-
ro perfectius. Vale. Argentorati.
Idib. Martij. Anno Christi M. D.
XLVI.

# DE SYNTAXI PARTIVM ORATIONIS APVD GRAECOS LIBER,

Authore Georgio Fabricio Chemnicenſe.

## ΠΕΡΙ ΟΝΟΜΑΤΟΣ.

De Nomine.

### REGVLAE SVBSTANtiuorum.

I.

SVBSTANTIVA EANdem rem ſignificantia ferè eodem, interdum diuerſo caſu ponuntur: uel cum coniungũtur duo appellatiua, ut ςέφανος κύσου, αὐλὸς καλάμους,

& auri montes apud Terentium: uel cum appellatiuo ſuum adijcitur proprium, ut πόλις Ἀθηνῶν, ἀϐύδου πτολίεθρον, κῦμα σκαμάνδρου. Quod imitati etiam Poetæ Latini, Buthroti urbs, unda Scamandri, Auentini mons, flumen Hymellæ, lucus Helerni, ſylua Erymanthidos in carmine dixerunt.

II.

In proprijs adpoſito Gentis aut cognationis nomine, genitiuus ἐλλειπτικῶς ponitur, ut Ζωροάστρος τοῦ Ὡρομάζου, intelligitur παῖς. Hectoris Andromache, ſubauditur uxor.

III.

Interdum uterque caſus pro uno ſubſtantiuo ſumitur, ut βίη πριάμου, id eſt, Priamus. λῆμμα κορωνίδος, id eſt, Coronis. apud Homerum & Pindarum.

IIII.

Rurſus genitiuus pluribus efferri poteſt, ut ἀτυχία περὶ τὸν βίον, pro τοῦ βίου ἀτυχία. & κοινωνία ἐν τοῖς κινδύνοις, pro κοινωνία τῶν κινδύνων.

V.

Subſtantiua genitiuum admittunt laudis & uituperationis, ἀνὴρ μεγάλης βουλῆς, ἄνθρωπος ἀχαλίνου στόματος.

Hoc etiam per accuſatiuum effertur, ut Ὀδυσσεὺς μέγας βουλήν. Θερσίτης ἀχάλινος στόμα. Accuſatiui loco ablatiuum uſurpãt Latini. Varro magni laboris, ſummæq; induſtriæ. Varro magno labore ſummaq; induſtria.

## DE ADIECTIVIS.

I.

Adiectiua ſubſtantiuis genere nõ ſemper reſpondent, ut κλυτὸς ἱπποδάμεια: neq; caſu, ut ἱππότα νέστωρ: neque numero, ut ὁ δῆμος ἐκνενδυεισμένοι. Verum hoc fit aut Poeticè aut figurate.

lib: 2 Iliad: Homeri

II.

Adiectiua caſum nominis ſubſtantiui ſibi reſpondentem permutant genitiuo, ut φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων, pro φαῦλοι ἄνθρωποι. &, πολλὰ ἐπιτηδευμάτων, pro πολλὰ ἐπιτηδεύματα. Demoſth.

εἰς τόνδ' ἥκων ἀναιδείας, pro εἰς ταύτην ἀναίδειαν.

III.

Adiectiuum duobus pluribusue adiunctum ſubſtantiuis, genere et caſu reſpondet nõ uiciniori, ſed digniori. ut

Maſculino, ἄνδρες καὶ γυναῖκες καθήμενοι.

Fœminino, αἱ δέ που ἡμέτεραί τ' ἄλοχοι καὶ νήπια τέκνα, Εἵατ' ἐνὶ μεγάροις ποτιδέγμεναι.

IIII.

Sin ſubſtantiua rerum ſunt non animatarum adiectiuum, uel quod adiectiui locum occupat, neutro in genere collocatur. Vt, ἐπιστήμη, προαίρεσις, βεβαιότης πρὸς τὴν ἀρετὴν ἀναγκαῖα. Et, νοῦς μὲν καὶ αἴσθησις πρὸς ἀλλήλων διακριθέντα.

V

Cõiunguntur etiam adiectiua uſitate cum uerbis infinitiuis, ut in illo de Pericle elogio, πρῶτος ἀθηναίων λέ-

γειν

γεντε καὶ πράττειν δυνατότατος. Ita Horatius, lib: 1 oda 3.

*audax omnia perpeti.*
*Gens humana ruit.* Et, lib: 3: oda 19
*Codrus pro patria non timidus mori.*

Eſt enim apud Latinos Poetis tantum in uſu.

## VI.

Adiectiuum neutrum ſubſtantiuo maſculino & fœminino iungi ſolet. Demoſth. πονηρὸν ὁ συκοφάντης ἀεί. Idem. ἄπιστον ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννίς. Vergilius, ecloga: 3:
*Dulce ſatis humor eſt.* Tibullus, lib: 2 eleg: 5.
*Aeternum ſit mihi uirginitas.*

Cicero, Omnium rerum mors eſt extremum.

Sicophanta · Humor · Mors.

## VII.

Adiectiuum item poni conſueuit pro abſtracto. Ariſtot. οὐ δυνατὸν τὸ νέον ἡσυχάζειν. Ita dicunt. τὸ εὐμενὲς τῆς τύχης, & τὸ ἀξιωματικὸν τοῦ λόγου, id eſt, εὐμένεια καὶ ἀξίωσις. In uno uocabulo à Græcis ſumpto hoc imitantur Latini.

Ouidius,

*Mille rates, gentiſq; ſimul commune Pelaſgæ.*

Horatius,

*Priuatus illis cenſus erat breuis*
*Commune magnum.*

VIII.

Poſſeſſiua item ſubſtantiua fiunt in neutro genere cum genitiuo, ut βαρβαρικόν τῆς γλώσσης, id eſt, γλῶσσα βαρβαρική. ἰωνικόν τῆς στόλης, id eſt, ἰωνικὴ στόλη.

IX.

Denique adiectiua neutra non raro fiunt aduerbia. Homerus, τόνδε ὑπόδρα ἰδών. Et, δεινόν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν. Vergil.

*Stabat acerba fremens.* Idem,
*Rapta ſpirans immane ſecuri.*

X.

Adiectiua temporis uoce nomina ſunt, poteſtate et ſignificatione aduerbia. Pindarus, κοῦραι παρ' ἐμὸν πρόθυρον σὺν Πανὶ μέλπονται θαμὰ σεμνὰν θεὸν ἐννύχιαι. Home. παννύχιοι πάτροκλον ἀνεστενά·

πεστενάχοντο γοόωντων. Horat.

*Vt qui nocturnus ſacra diuûm legerit.*

id eſt, noctu uel nocturno tempore.

Tibul.

*Sic uenias hodierne, tibi dum thuris honores,*
*Libaq; Mopſopio dulcia melle feram.*

pro, Sic hodie uenias. Ouid.

*Hanc matutinos pectens ancilla capillos*
*Incitet.*

XI.

Circumloquimur adiectiua per præpoſitiones & nomina ſubſtantiua, ut ἡδονὴ μετὰ δόξης, λόγος μετὰ θράσους. pro ἡδονὴ ἐπαίνετος, & λόγος θρασύς.

## DE ADIECTIVORVM *Caſibus.*

I.

GENITIVVM

reguntpotiſſimum ea, quæ habẽt ſignificationem,

1 Copiæ. Heſiod. πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα. lib: i fol: -3-

2 Inopiæ. Tyranni uox apud Poetam, φίλων ἔρημος ὢ τάλας ἀπόλλυμαι.

3 Scientiæ. Demoſth. ἔμπειρος πολέμων καὶ ἀγόνων.

4 Ignorationis. Ariſtot. ἄπειρος τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων, ὁ νέος.

5 Cupiditatis. Iſocrat. πρέπει τοὺς δόξης ὀρεγομένους τῶν σπουδαίων μιμητὰς εἶναι.

6 Dignitatis. Hom. ἰητρὸς μὲν ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

7 Venditionis. Ariſtot. φαίνεται πάντα ὤνια εἶναι πλούτου.

8 Vacui. Lucian. κενὴ οἰστῶν ἡ φαρέτρα.

9 Partitionis. Theog. οὐδέτις ἐστὶν ἀνθρώπων, ᾧ Ζεὺς μὴ κακὰ πολλὰ διδῷ. Pinda. ἐδαμάσατο νιν, καὶ γειτόνων πολλοὶ ἐπαῦρον.

ACCESSIONES.

1 Comparatiuus conſtruitur cum genitiuo numeri ſingularis. Xenophon, αἱρετώτερος καλὸς θάνατος τοῦ αἰσχροῦ βίου.

Eundem circumloquimur per particulas

ticulas ἢ & ὡς. ut, πλέον ἢ κατ᾽ ἄνθρωπον. &, πλέον ὡς κατ᾽ ἄνθρωπον.

2 Superlatiuus cum genitiuo plurali iungitur. Ariſtot. ἄνθρωπος χωρισθὲν νόμου καὶ δίκης χείριστον πάντων.

Loco huius genitiui uti poſſumus præpoſitione cũ ſuo caſu. Ariſtoph. αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς, pro πρῶτον τῶν ποιητῶν.

Eſt etiam ubi genitiuus nominatiuo permutatur, ut ἕσπερος ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.

3 Sunt adiectiua quæ genitiuum admittunt, ſubintellecta particula ἕνεκα, ut ἄθλιος τῆς τύχης, μακάριος τῆς θέας. Hoc Latini pleruncq; efferunt per ablatiuum cauſſam aut modum ſignificantem, Poetæ uero per genitiuum Græcos ſecuti. Vergil.

*Securus amorum.* 1. Aen.
*Sollicitus monſtrorum.* 7.
*Egregiusq; animi fortunatusq; laborum.* 11.

4 Græcorum imitatores facti ſunt Poetæ Latini, in ijs etiam quæ digni-

tatem

tatem uel indignitatem ſignificant. Vergil. xij. Aen.

*Deſcendã, magnorũ haud unq̃ indignus amorũ.*

Ouid. iij. de Arte.

*Curia conſilij quæ nunc digniſsima tanti.*

Item in ijs quæ copiam. Terent.

*Plenus rimarum ſum.* Et,

*Sine comite, uini plenum.*

Quod etiam à Cicerone factitatum annotauit Fabius: nam apud Latinos frequẽtius cũ ablatiuo leguntur.

5 Græci per genitiuum efferunt, quod enuntiant per ablatiuum Latini. ἄρχοντος κύρου τῶν περσῶν, Cyro Perſis imperante.

II.

DATIVVM

poſtulant ea quæ ſequuntur, eorũq; ſimiliter contraria, nẽpe q̃ ſignificãt,

1 Vtilitatem. Ariſtoph. πόριμον αὐτῷ, τῇ πόλει δὲ ἀμήχανον.

2 Amicitiam. φίλος τῷ σωκράτει ἀλκιβιάδης.

3 Propinquitatem. οἱ περίνθιοι συγγε-

νεῦς τοῖς βυσαντίοις.

4 Similitudinem. Heſiod. κακὰ κέρδεα ἶσ᾽ ἄτῃσιν.

5 Poſſeſſionem. Thucyd. πάτριον γὰρ ἡμῖν ἐκ τῶν πόνων ἀρετὰς κτᾶσθαι.

6 Contentionem. Iſocrat. ὅπως ἐφάμιλλος γένῃ τοῖς τοῦ πατρὸς ἐπιτηδεύμασιν.

ACCESSIONES.

1 Pertinent huc quædam compoſita, ut ὁμότεχνος, ὁμόγλωσσος: item συμπαθὴς, σύνναος. & quæ his ſunt ſimilia.

2 Græci eleganter utuntur gemino datiuo, ubi Latini unico tantum. Anacreon apud Gellium, τί γὰρ μάχαισι κἀμοί, Quid enim bellis & mihi, id eſt, Quid mihi cum bellis?

III.

ACCVSATIVVM

admittunt, quæ à Grammaticis per præpoſitionem κατὰ exponũtur, maxime uero ex his, quæ ſignificant,

1 Patriam uel gentem. γατρίδα ῥωμαῖος,

μαῖος, γένος σῆργιος. Verg.

Creſſa genus Pholoë. Idem,

Qui genus, unde domo? Propert.

Qualis, & unde genus.

2 Habitum. πάρις σοφὸς τὰ ἐρωτικά. Πολύκλειτος ἀκριβὴς ἀνδριαντοποιητικήν.

3 Partem in homine. Xenoph. εἶδος μὲν κάλλιστος, ψυχὴν δὲ φιλανθρωπότατος. Pind. μορφὰν βραχὺς, ψυχὰν δ' ἄκαμπτος. Verg.

Os humeroſq; Deo ſimilis. Et,

Omnia Mercurio ſimilis uocemq; coloremq;.

Apud Latinos hoc tantum Poetis conceſſum eſt, Græci utuntur ubiq;.

DE VOCATIVO.

Vocatiuum loco nominatiui ponere poeticum eſt. Hom. τὴν δὲ μέγ' ὀχθήσας, προσέφη νεφεληγερέτα ζεὺς, pro νεφεληγερέτης. Verg. xi. Aen.

quibus Hector ab oris

Expectate uenis. pro, expectatus.

Perſius Satyra iij.

Cenſoremue tuum uel quod trabeate ſalutas.

pro, trabeatus.

Contrà,

Contrà, Homerus. Δημοβόρος βασιλεὺς, ἐπεὶ οὐτιδανοῖσιν ἀνάσσεις. pro, δημοβόρε βασιλεῦ. Lucan.

*Degener ô populus.*

Vergil.

*Corniger Heſperidum fluuius.*

In his exemplis nominatiuus pro uocatiuo uſurpatur.

# ΠΕΡΙ ΡΗΜΑΤΟΣ.

## De Verbo.

CASVS nominum aut antecedunt uerba, aut conſequuntur: & alij communes omnium ſunt, alij proprij ſingulorũ. Verba antecedunt, proprijq́ ſunt, duo.

### DE CASIBVS PROPRIIS *à fronte.*

I.

### NOMINATIVVS VERBI *Perſonalis.*

Qui

Qui aut intellectu comprehenditur, ut ferè in pronominibus: aut uerbo exprimitur. Menander, χειμὼν μεταβάλλει ῥᾳδίως εἰς εὐδίαν.

Permutatur nominatiuus etiã genitiuo, ut εἴθε μοι τούτου τοῦ ἀγαθοῦ γένοιτο, pro τοῦτο τὸ ἀγαθόν. Cicero in Verrinis. Fac tibi paternæ legis Aciliæ ueniat in mentem, pro, paterna lex Acilia.

Articulus quoq; cum infinitiuo, nominatiui uim obtinet. Menander, πολλῶν τε μέσον ἐστὶ τὸ ζῆν φροντίδων, id eſt, ἡ ζωὴ μέση.

Aliquando tota oratio loco nominatiui eſt. Ariſtoph. χαλεπὸν ἐστὶ ἰάσασθαι νόσον ἀρχαίαν ἐν τῇ πόλει ἐντετοκυῖαν. Hic totum illud, ἰάσασθαι νόσον ἀρχαίαν ἐν τῇ πόλει ἐντετοκυῖαν, uicem nominatiui implet.

Eſt quoq;, ubi uerbum ipſum omittitur, ut cum dico, πλεονεξία, μέγιστον ἀνθρώποις κακόν, intelligitur ἐστὶ uel τυγχάνει.

II.

ACCVSATIVVS INFINITIVI MODI.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-143071-p0024-4

nam per nominatiuū reſolui poteſt. Agathon. ὡς ἡδὺ τῶν φυσάντων πείθεσθαι τέκνα. id eſt, ὅτι τὰ τέκνα πείθωνται.

## DE CASIBVS PROPRIIS *à tergo.*

### I.

### NOMINATIVVS

Verborum eſt ſubſtantiuorum, qualia ſunt, ἐστὶ, ὑπάρχει, τυγχάνει. Apollodorus, τὸ γῆρας ἐστὶν αὐτὸ νόσημα. Phocyl. μέμνησ᾽ ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις. Item eſt uerborum, quæ modum ſignificant, ut ἔρχομαι ταχὺς, ἀνίστημι ὀρχησόμενος.

Verbum ſubſtantiuum ſi addatur participio, Latinis perinde non eſt uſitatum. Cicero tamen in Oratore. Eſt, ut ſcis, quaſi in extrema pagina Phædri, his ipſis uerbis loquens Socrates. Σωκράτης τυγχάνει διαλεγόμενος, Socrates eſt loquens, pro loquitur.

Mutatur nominatiuus etiam in genitiuum, ut κροῖσος ἐστὶ τῶν πλουσίων, pro eo quod eſt, κροῖσος ἐστὶ πλούσιος.

II.

## II.

### GENITIVVS

Eſt proprius uerborum

1 Incipiendi. Thuc. φόβου μὲν παρεῖχον τοῖς ἐναντίοις, μάχης δὲ οὐκ ἦρχον.

2 Deſinendi. Iſocr. λῆγε τῶν πόνων, ἔτι πονεῖν δυνάμενος. Horat. lib. xi. Oda.

*deſine mollium*
*Tandem querelarum.* *Silius* 10.
*Conſul non deſinit iræ.*

3 Appetendi. In Deliaco carmine, ἥδιστον δὲ τυχεῖν, ὅτις ἕκαστος ἐρᾷ.

4 Abſtinendi. Ariſtoph. οἴνου τ᾽ ἀπέχειν καὶ γυμνασίων, καὶ τῶν ἄλλων ἀνοήτων. Horatius *Abſtineto*, dixit, *irarum*.

Apud Latinos deſinendi & abſtinendi uerba habent interdum accuſatiuum, ut deſino artem, abſtineo manum.

5 Communicandi. μεταλαμβάνω δυνάμεως, μεταδίδωμι ὠφελείας, μετέχω τῶν ἐν τῇ χώρᾳ.

6 Prohibendi. εἴργεσθαι πυρὸς καὶ ὕδατος.

7 Sen-

7 Sentiendi. Heſiod. μητ' αὐτὸς νο-εῇ, μητ' ἄλλου ἀκούων. Ariſtoph. ὄζειν πραγ-μάτων μοι δοκεῖ. Idem, ὀσφραίνομαι τῆς ἱππίου τυραννίδος. Pind. φθόνος ἅπτε-ται τῶν ἐσθλῶν. Excipiuntur uidendi uerba.

8 Imperandi. Iſocr. αἰσχρὸν τῶν μὲν οἰ-κετῶν ἄρχειν, ταῖς δὲ ἡδοναῖς δουλεύειν.

Horat. lib. iiij. Od.

*Et quà pauper aquæ Faunus agreſtium*
*Regnauit populorum.*

9 Contemnendi. ὀλιγωρεῖν τῆς ἀρετῆς, καταφρονεῖν τῶν φοβερῶν, ἀμελεῖν καὶ τεχ-νῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων.

10 Admirandi. Iſocr. θαυμάζω δὲ τῶν πρεσβυτέρων, εἰ μηκέτι μνημονεύουσι, καὶ τῶν νεοτέρων εἰ μηδενὸς ἀκηκόασιν.

Vergil. xi.

*Iuſtitiæ ne prius mirer, belli ne laborum?*

11 Implendi. πολλῶν καὶ καλῶν ἀκουσ-μάτων πεπληρομένοι. Idem. 1. Aen.

*Implentur ueteris Bacchi, pinguisq; ferinæ.*

12 Egendi. Herodo. ἀλλ' ἄλλο μὲν ἔ-χει, ἑτέρου δὲ ἐπιδέεται.

13 Priuandi. οἱ πάννονοι ἐστερήθησαν τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς ἀρχῆς.

Poſtremo, ne longiores ſimus, ad hunc ordinem pertinent uerba tentandi & conſequendi. Item iudiciorum & fori, ut accuſandi, damnandi, abſoluendi, iudicandi, uendendi, & emendi. Præterea quæ ſignificationē habent cupiditatis, deſiderij, curæ, ſollicitudinis, erroris, memoriæ, obliuionis. quorum exempla ſtudioſis relinquimus colligenda.

## III.

### DATIVVS.

1 Pugnandi. χαλεπώτερον ἠδονῇ μάχεσθαι ἢ θυμῷ, quod conſtanter imitati Poetæ ſunt Latini. Vergil.

*impar congreſſus Achilli.* Et,
*Solus tibi certet Amyntas.* Et,
*Stat conferre manum Aeneæ.* Ouid.
*Dũ nouus eſt cœpto potius pugnemus amori.* Et,
*Non erat armatis æquum concurrere nudas.*

2 Sequendi. Theognis, ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖς ἕπεται γνώμη τε καὶ αἰδώς. Plaut. in Amph. Ita dijs placitum, uoluptati

ut mœror comes cõſequatur. Cic. v. Tuſc. Cęteraq; quæ comitantur huic uitæ.

3 Precandi. Pythagoras, ἔρχου ἐπ᾽ ἔργον θεοῖσιν ἐπευξάμενος. Vergil. lib. 8

*cui me fortuna precari,*
*Et uitta comptos uoluit prætendere ramos.*

4 Coniungendi. Pind. μιγεῖσα φοίβῳ. Vergil. lib. 7.

*Mixta Deo mulier.* Propert.
*Dicitur & nudæ concubuiſſe Deæ.*

5 Inſtandi. Theocr. τὶν ὅλος ἔγκειμαι, σὺ δὲ μεῦ λόγον οὐδένα ποιῇ. Catullus

*Vir tuus Tyrio in thoro*
*Totus immineat tibi.*

6 Vtendi. Xenoph. ἐν τοῖς κοινῷ ἀπέδοξε μηκέτι χρῆσθαι τοῖς ἱεροῖς χρήμασι.

7 Illudendi. ἐντρυφᾷν τοῖς ἐναντίοις. Vergil.

*certamq; illudere capto.*

8 Gaudendi. ut ἥδομαι, χαίρω. Ariſtoph. βωμολόχοις ἔπεσι χαίρει.

9 Parendi. πείθεσθαι τοῖς νόμοις καλῶς κειμένοις.

10 Incidendi. Ariſtot. οὐ μὴν μακάριός γε, ἂν πριαμικαῖς τύχαις περιπέσῃ.

Vergil.

*Incidit huic, ſubitoq; aſpectu territus hæſit:* id eſt, in hanc incidit. Ita Terent. *Atq; huic tranſtulit amorem.*

## IIII.

### ACCVSATIVVS.

Verborum proprius actiuorum. Actiones autem ſunt uariæ.

1 Vel enim ſunt τῶν παθῶν, adfectionum animi, unde accuſatiuum regũt uerba amoris, uerecundiæ, miſericordiæ, æmulationis, ut ἀγαπᾷν γονεῖς, αἰσχύνεσθαι φίλους, ἐλεεῖν δυστυχοῦντα, ζηλοῦν γείτονα.

2 Vel ſunt operationes τῆς διανοίας, quæ uerſantur in intellectu, unde inquiſitionem, cognitionem, ſciẽtiam, artem, hoc eſt, ζήτησιν, γνῶσιν, ἐπιστήμην, τέχνην ſignificantia, accuſatiuum requirunt.

3 Vel ſunt actiones τῆς προαιρέσεως, quæ electione et iudicio ſuſcipiuntur

ac fiunt. quare laudandi, uenerandi, adhortandi, obſequẽdi, lugendi uerba etiam huc pertinẽt, ut ἐπαινεῖν σπουδαίους, τοὺς ὁμοσπλάγχνους σέβειν, σπεύδοντα ὀτρύνειν, θεραπεύειν τὸ πλῆθος, δακρύειν τὸν ἀποιχόμενον.

4 Vel ſunt actiones corporis naturales, unde quæ ſignificant procreare, concipere, parere, educare, & quæ ſunt generis eiuſdem ab hoc ordine non excluduntur. Hanc rem in plena artis tractatione uerboſius perſecutus eſt Gaza.

Reſtare nũc uidetur, ut de reliquis uerborum caſibus dicamus qui conſequuntur, ſed qui non proprij ſunt uerborum certorum, ſed communes ferè omnium. Sunt autem, excepto recto, obliqui omnes.

## DE CASIBVS COMMVNIBVS *à tergo.*

## I.

### GENITIVVS.

1 Vel tempus ſignificans, ut νυκτὸς

καὶ ἡμέρας ἐργάζεται.

2 Vel partem alicuius ſubſtantiæ, ut πίνω ὕδατος, ῥίπτω ποδός, δρέπομαι ἀνθέων.

3 Vel materiam, ut ἀνδριάντα ἐποίησε μαρμάρου. Sed hoc frequentius addita effertur præpoſitione.

II.

DATIVVS.

1 Inſtrumenti, ut στομάχους ἀρνῶν τάμνη λέϊ χαλκῷ.

2 Modi agendi, ut ῥώμῃ πράττειν, γνώμῃ βουλεύειν.

3 Cauſſæ. χεῖρας ἀνασχόμενοι γέλῳ ἔκτανον.

III.

ACCVSATIVVS.

1 Si ponatur cũ uerbo, cuius actionem uerbum ipſum habet, ut ἀγορὰς ἀγορεύειν, δίκην δικάζειν, ἱδρῶν ἱδρῶτα.

Vergil.

*hunc ſine me furere ante furorem.*

Huius generis ſunt, ſequi ſectam, et iurare iuſiurandũ apud M. Tulliũ.

2 Si ſubaudiantur εἰς et κατὰ prępo ſitiones Ariſtoph. μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον ἄνδρας δεξιοὺς καὶ νοῦν ἔχοντας. Demoſth. ἐγὼ νομίζω τὸν μὲν εὖ παθόντα δεῖν μεμνῆσθαι τὸν πάντα χρόνον, τὸν δὲ ποιήσαντα εὐθὺς ἐπιλελῆσθαι.

## REGVLAE QVAEDAM GENERALES.

### I.

Verbum ſingularis numeri copulatur cum nominatiuo plurali, qui generis neutri eſt. Ariſtot. τὰ ὑπερβάλλοντα γυμνάσια, καὶ τὰ ἐλλείποντα φθείρει τὴν ἰσχύν. pro, φθείρονται. Soph. τὰ χρήματ᾽ ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους. pro, εὑρίσκουσι. Contrà Latini uerbum plurale conſtruunt cum nomine proprio ſingulari. Teren. in Adel.

*Ita, ut dixi, Soſtrata facite.* Tibul. 1.
*Ibitis Aegeas ſine me Meſſala per undas.*

### II.

Nomina multitudinis collectæ & ipſa uerbum plurale admittunt. ut, ὣς φάσαν ἡ πληθύς.

Huc pertinent quæ uoce ac terminatione ſunt ἑνικὰ, ſenſu πληθυντικά. Demoſth. α. Philip. οἱ δὲ λόγους πλάττοντες ἕκαστος περιερχόμεθα. Verg.

*Quiſq; ſuos patimur manes.*

III.

Temporis non diuturni ſpacium ferè per genitiuum eloquimur, οὐκ εἶπον χρόνου πόλλου. Temporis longioris atq; continuati modo per datiuum, ut εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἀποδημήσας: modo per accuſatiuum, ut ἐγὼ σὲ οὐκ ἑώρακα πολλὼ χρόνον. Latini tempus exiguum enunciant ablatiuo. Cicero Curioni, Paucis enim diebus eram miſſurus domeſticos tabellarios. Diuturnius, accuſatiuo. Idem. ij. de Orato. His potius tradam aſſiduis, uno opere eandem incudem diem noctemq; tundentibus.

IIII.

Quę motum ſignificant uerba uel ad perſonam, uel ad locum, regunt accuſatiuum cum præpoſitionibus

εἰς uel ὡς. ut, ἰέναι εἰς τοὺς πολεμίους, ὡς τὴν ἀγορὰν ἔρχεσθαι.

Hoc etiam fit per πρὸς & παρά.

V.

Verba abſoluta nonnunquam regunt accuſatiuum. Hom. ε. ἰλιάδ. οὐχ ὅγ' ἄνευθε θεοῦ τάδε μαίνεται. Vergil. viij. Aeneid.

*Marti currumq; rotasq; uolucres Inſtabant.*

Ouid. xi. Met.

*& iam quas induat illa Feſtinat ueſtes.*

Nam illa πορεύεσθαι ὁδόν, & μυθήζεσθαι ἔπος, item apud Latinos, calco ſolum, nauigo pontum, alterius generis ſunt, ut paulo ante de communi accuſatiuo diximus.

VI.

Sunt compoſita cum nominibus uerba, quę pręter accuſatiuum, quem in ſe habent, alium adſumunt, quod cum fit tum ea pro ſuis ſimplicibus poni neceſſe eſt. ut, οἰκονομεῖν τὸν βίον. Ita apud Homerum, νέκταρ ἐῳνοχόει, et apud Ariſtophanem, νύκτα παννυχίζειν.

Ad Rom: cap: εὐαγγελιζομ. την ειρηνην

ζειν. Talia ſunt apud Ciceronem ſignificare amorem, & ædificare porticũ.

VII.

Notandum eſt uerba ſequi caſus præpoſitionum, cum quibus componuntur. Ariſtoph. ἐνὶ ξυνέχεσθαι κρεῖττον, ἢ δυοῖν κακοῖν. Eodẽ modo dicimus, κατηγορῶ σοῦ, συμπαίζω σοί.

VIII.

Detrahi nominibus prępoſitiones, & uerborum caſus proprios immutare poſſunt. Heſiod. οἱ μὲν ἐπὶ κρόνου ἦσαν ὅτ᾽ οὐρανῷ ἐμβασίλευε. pro eo quod eſt, ἐν οὐρανῷ ἐβασίλευσε. Vergil.

*Atq; rotis ſummas leuibus perlabitur undas.*

id eſt, labit̃ per undas. I. Aen. Idẽ xij.

*Nigra uelut magnas domini cum diuitis ædes*
*Peruolat, et pennis alta atria luſtrat hirundo.*

id eſt, cum uolat per magnas ædes. In his enim exemplis à caſu ſuo diuellitur præpoſitio, & conglutinatur cum uerbo. Xenophon, οὐχ ἀχθόμενοι ταῦτα περιπλανώμεθα, hoc eſt, πλανώμεθα περὶ ταῦτα. Apud Poetas nihil frequentius.

IX.

IX.

Contrà etiam præpoſitiones inci- duntur, & demuntur à uerbis, uſitata Poetis conſuetudine. Heſiod. μὴ πο- τὲ σ' ἡμερόκοιτος ἀνὴρ ἀπὸ χρήμαθ' ἕλη- ται. pro, ἀφέληται σὲ χρήματα.

DE VERBIS QVAE VARIOS
*caſus habent.*

Diligenter obſeruanda ſunt uer- ba ea, quæ uarios caſus admittunt, de quibus etiam, quantum inſtituta bre uitas patietur, paucis dicendum fuit ad excitandam ſtudioſorum indu- ſtriam in colligendis annotandisq́ue exemplis. Verba igitur quæ cum ua- rijs caſibus componuntur, uel ſignifi cationem cum ipſo caſu mutant, uel eandem retinent: idq́ue rurſus aut uno eodemq́ue in loco, aut in locis diuerſis.

QVAE VERBA CASVS VA-
*rios admittunt ſignificationè diuerſa.*

κυριεύω σοῦ, dominor tibi.
κυριεύω σὲ, dominum te facio.

ἐκδίκος

ἐκδίκω σοὶ, ulciſcor iniuriam tibi illatã.
ἐκδίκω σὲ, ulciſcor te, facinus tuum.
νέμομαι τῆς πόλεως, partẽ urbis habito.
νέμομαι τὴν πόλιν, urbem habito quaſi totam.
ἀφαιροῦμαί τινος, Spolio aliquẽ re non dum poſſeſſa, ut doctrina, amicitijs, honore.
ἀφαιροῦμαί τινα, priuo re aliquando poſſeſſa, ut liberis, familia, poſſeſſionibus.

Apud Latinos conuenire alicui dicitur, quod aliquem decet & iuuat. Conuenire aliquem, ſignificat alloqui. Conuenire cum aliquo, paciſci. Conuenire in locum aliquem, congredi & congregari.

QVAE VERBA CASVS VArios habent eadem ſignificatione, *locis diuerſis.*

I.

GENITIVVM ET DATIVVM.

ἀνάσσω Τενέδου καὶ Τενέδῳ.
κοινωνῶ χρημάτων καὶ χρήμασι.

II. Geni-

## II.

## GENITIVVM ET ACCVSATIVVM.

ἄρχομαι λόγου καὶ λόγον.
κληρονομῶ οὐσίας καὶ οὐσίαν.
Βλάπτω τῆς γῆς καὶ τὴν γῆν.
ἀπολαύω ἀγαθῶν καὶ ἀγαθά.
ἐπιλανθάνομαι φίλου καὶ φίλον.
μετέχω μέρους καὶ μέρος.
κελεύω σοῦ καὶ σέ.
κατανοῶ γλώσσης καὶ γλῶσσαν.
ἐξάρχω δόγματος καὶ δόγμα.
ὄζω τῶν μύρων καὶ τὰ μύρα.
ἀκούω μύθων καὶ μύθους.
ὑπερέχω ἀνθρώπου καὶ ἄνθρωπον.

## III.

## DATIVVM ET ACCVSATIVVM.

χρῶμαι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τὰ ἀγαθά.
πάσχω κακοῖς καὶ κακά.
συνεισφέρω αὐτῷ καὶ αὐτόν.
δωροῦμαι βίβλῳ καὶ βίβλον.
εὐχαριστῶ θεῷ καὶ θεόν.

ἐμπα-

ἐμπαροινῶ ἐχθρῷ καὶ ἐχθρόν.
μέμφομαι σοί καὶ σέ.
περιβάλλω τείχεσι καὶ τεῖχος.
πείθομαι φυσᾶσι καὶ φυσαύτων.

## VNO EODEMQVE LOCO.

### I.

### GENITIVVM CVM DATIVO.

πλεονεκτῶ τῶν ἄλλων ἐλπίδι.
ἐφίσταμαι τούτου σοί.

### II.

### GENITIVVM CVM ACCVSATIVO.

δέομαι σοῦ τὰ δίκαια.
καταγινώσκω σοῦ ῥαθυμίαν.
κατηγορῶ Δημοσθένους φιλιππισμόν.
ἀποδιαιτῶ σοῦ τὴν δίκην.
ἀλλάττω χρυσέων χάλκεα.

### III.

### DATIVVM CVM GENITIVO.

κοινωνῶ σοί τῶν ἀγαθῶν.
συγγινώσκω σοί τῆς ἀναισθησίας.
μέμφομαι σοί τῆς ἀχαριστίας.

IIII.

## IIII.

### DATIVVM CVM ACCVSATIVO.

βοηθῶ σοί τὸ πρᾶγμα.
πείθω σοί τὰ βέλτιστα.
ποιοῦμαι σοί ὀργήν.
συναίρομαι σοί τὴν δυστυχίαν.
συνοιδεῖν ἑαυτῷ ἄγνοιαν.
ἐπέχω τούτῳ τὴν γνώμην.
ἀμφισβητῶ σοί ταῦτα.

## V.

### ACCVSATIVVM CVM GENITIVO.

εὐδαιμονίζω σὲ τῆς τύχης.
ἀπογινώσκω σὲ τοῦ ἐγκλήματος.
αἰτιῶμαί σε διαβολῆς.
ζηλῶ σε τῆς εὐβουλίας.
διώκω σὲ κλοπῆς.
προσκαλοῦμαι σὲ ὕβρεως.
ἐκβάλλω σὲ τιμῆς.
ἀπολύω σὲ αἰτίας.
ἀξιῶ σε τῆς δόξης.
ἐρημῶ σε τῆς πόλεως.

## VI.

### ACCVSATIVVM CVM DATIVO.

φιλῶ σε ὅλῃ ψυχῇ.
διδάσκω σὲ τύχῃ ἀγαθῇ.
τοξεύω θηρίον παλτῷ.

## VII.

### ACCVSATIVVM GEMINATVM.

ὀφελῶ ἀνθρώπους τὰ δώματα.
ἀπαιτῶ σὲ κληρονομίαν.
ἀφέλομαι φλαμίνιον τὴν δωρεάν.
αἰσχύνομαι τοῦτον τὴν μετάθεσιν.
κρύπτω φίλους τὰ ἁμαρτήματα.
ἀποστερῶ σε ἐνδύματα.
εἰσπράττομαι σὲ χρήματα.
περιβάλλομαι τὰ τείχη τὴν πόλιν.
ἐκλέγω τὰ τέλη τοὺς παραπλέοντας.
διδάσκω παῖδας τὰ γραμματικά.

### DE MIXTIONE CASVVM.

Reliquum nunc eſt, de mixtione & uiciſſitudine caſuum quædam dicere. Inueniũtur enim uerba quę mutant genitiuum in accuſatiuum.

διώκω σὲ κλοπῆς.
διώκω σὲ κλοπὴν.

Nonnulla datiuum in accuſatiuū.
πείθω σοὶ τὰ βέλτιςα.
πείθω σὲ τὰ βέλτιςα.

Ita quod Thucyd. dixit ποιοῦμαι σοὶ ὀργὴν, id Demoſth. ποιοῦμαι σὲ ἐν ὀργῇ.

Aliqua accuſatiuū in genitiuum.
φθονῶ σοὶ τὴν εὐδαιμονίαν.
φθονῶ σοὶ τῆς εὐδαιμονίας.
ἀποςερῶ σὲ ἐνδύματα.
ἀποςερῶ σὲ ἐνδυμάτων.

Eundem in datiuum.
περιβάλλω τὰ τείχη τὴν πόλιν.
περιβάλλω τείχεσι τὴν πόλιν.

Eundem in infinitiuum.
διδάσκω σὲ φιλοσοφικά.
διδάσκω σὲ φιλοσοφεῖν.

Poſtremo leguntur quæ permutant caſus inuertendo, ut
καταγινώσκω σοῦ ῥαθυμίαν.
καταγινώσκω σὲ ῥαθυμίας.
ἀφαιρέω σοῦ ἱμάτιον.
ἀφαιρέω σὲ ἱμάτιον.

χαρίζομαι σοὶ τοῦτο,
χαρίζομαί σε τούτῳ.

## DE VERBIS MEDIIS ET PASSIVIS.

### I.

Media & actiuorum & paſſiuorũ caſus poſtulant, quia naturam eorundem & ſignificationem habent. ut ὀνειδίζομαι σε, ὀνειδίζομαι ὑπὸ σοῦ.

### II.

Paſſiua adſciſcunt genitiuum cum præpoſitionibus ὑπὸ uel πρὸς, ut Ἀριστοτέλης φιλεῖται ὑπὸ ἀλεξάνδρου. & τραιανὸς διδάσκεται πρὸς πλουτάρχου.

### III.

Conſtruuntur nonnunquam cum datiuo, ut πεποίηταί μοι τοῦτο, pro ἐπ᾽ ἐμοῦ. Ouid. lib: 5 trist: eleg: 11

*Barbarus hic ego ſum, quia non intelligor ulli.*

### IIII.

Item cum accuſatiuo, ſed figuratè. ut πλήττομαι τὴν κεφαλήν. Horatius,

*Qui purgor bilem, ſub uerni temporis horã.*

Oui-

Ouidius.

*Ipſa comas pectam, galea caput ille premetur.*

Hoc genere apud Latinos Poetæ tantũ, ſuperiore etiã utũtur oratores.

Accuſatiuum quoq; ſuorum actiuorum non rarò adiunctum habet paſſiua.

## DE IMPERSONALIBVS.

Imperſonalia uerba aut regunt caſus infrà poſitos.

1 Genitiuum, ut δεῖ, προσδεῖ.

2 Genitiuum & datiuum, ut δεῖ, μέλει, διαφέρει, προσήκει, μέτεστι τούτου μοι.

3 Datiuum & accuſatiuum, ut δοκεῖ, πέλει, συμβαίνει, ἔξεστι, πρόσεστι, γίγνεται, συμφέρει, πρέπει μοι τοῦτο. Plautus in Amph.

*Noſtro generi non decet.* Idem Merc.

*Aetatem aliam aliud factum conuenit.*

Alterum Græco, alterũ antiquo more dixit.

Aut cum infinitiuis prȩteriti & prȩſentis temporis ponũtur, cuiuſmodi ſunt δεῖ, φιλεῖ, χρὴ, ἐνδέχεται, ὑπολαμ-

βαίνετε, & quæ his natura ſunt ſimilia.

## DE INFINITIVO.

Duorum uerborum alterum ſolet eſſe infinitiui modi. quod autem infinitiuo additur, ferè cupiditatem ſignificat, ut ἐφίεμαι φιλοσοφεῖν, ἔραμαι πλουτεῖν, ζητῶ θεᾶσθαι.

## II.

Eſt ubi infinitiuus duplicatur, ut ὁρῶ σὲ μελετᾶν πλουτεῖν. Item, τὸ κοινὸν αὔξειν ἕκαστος ὠφελεῖν.

## III.

Quando ſignificat ἕξιν διανοητικὴν amiſſa poteſtate uerbi, adſumit uim atque naturam nominis. ut τοῦ φιλοσοφεῖν οὐδὲν ἥδιον, id eſt, τῆς φιλοσοφίας. Perſius.

*Scire tuum nihil eſt.*

pro, ſcientia tua nulla eſt. Xenophon Oeconomico, τὸ πείθεσθαι μέγιστον ἀγαθόν ἐστι καὶ ἐν πόλει, καὶ ἐν στρατιᾷ, καὶ ἐν οἴκῳ. Cicero in Paradoxis, Ipſum quidem peccare, quoquo te uerteris, unū eſt. id eſt, peccatum ipſum. Horat.

*Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum.*

Ouid.

Ouid.

*Neue preces animos, & uerba precantia flectant.*
*Poſſe loqui eripitur.* Idem,
*Quod crimen dices præter amare meum?*

Nam & cum pronomine, & cum nomine, & cum uerbo, & cum præpoſitione coniunctus, hoc modo apud Latinos ſolet uſurpari.

IIII.

Videtur etiam quaſi nominis loco poni, cum uerbo alicui tanquã caſus ſubijcitur, ut διδάσκω σὲ διαλέγεσθαι, pro διδάσκω σὲ τὰ διαλεκτικά.

V.

Infinitiuus ponitur loco imperatiui: aut uerbum cõueniens ad explendam ſententiam intelligitur. μηδ᾽ ἀλλ' ὑγίστως σαυτοῦ ἔχειν, pro, μὴ ἔχε σεαυτὸν. uel, μὴ ἔχειν σεαυτὸν δεῖ.

VI.

Vbi nos primo ſupino in TV, Græci utuntur infinitiuo. Iſocr. ἃ ποιεῖν αἰσχρόν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν. Quæ turpia & inhoneſta ſunt

factu, ea ne dictu quidē honeſta putes.

VII.

Infinitiuus quoque pro gerundijs, quibus in ſua lingua deſtituti Græci ſunt, uſurpari ſolet.

1 In DI gerundium effertur, uel adpoſito nomine adiectiuo, ut λέγειν ἀγαθός, dicendi peritus: uel præpoſito genitiui articulo. Demoſth. τούτων οὐχὶ νῦν ὁρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν. De his nūc non eſt dicendi tempus.

2 In DO gerundium fit, adiecto articulo datiui caſus. Ariſtot. οὐθὲν πρακτικώτεροι τῷ ἔχειν τὴν ἰατρικὴν ἐσμέν. Habendo medicinam, id eſt, comparata medicinæ ſcientia, nihil ad agendum aptiores ſumus. Soph. ἐν τῷ μὴ φρονεῖν ἥδιστος βίος. In deſipiendo uita iucundiſſima eſt.

3 In DVM uero bifariam exprimitur: primum per præpoſitionem aliquam ſignificantem motum ad aliquid, ut ἔξειμι πρὸς τὸ μάχεσθαι, exeo ad pugnandum: deinde per adiectionē

alterius

alterius uerbi. Hom. ζ. ἰλιάδ. ἠδὲ τὸ αὐτὸν πρηνέα δὸς πεσέειν. et ipſum Da pronum cadere. id eſt, pronum da occidendum. Vergil. xij. Aen.

*da ſternere corpus,*
*Loricamq́; manu ualida lacerare reuulſam.*

id eſt, da corpus ſternendum, & loricam lacerandam.

## ΠΕΡΙ ΜΕΤΟΧΗΣ.

### De Participio.

I.

PARTICIPIA ſequuntur caſus ſuorum uerborũ, ὀλιγωρῶν τῆς παιδείας, προσπίπτων ἀδίκοις συμπτώμασι, θηρεύων τὰς ἡδονάς.

II.

Ponuntur ſępius loco nominum, ut τόξων εὖ εἰδώς, pro εἰδήμων. πεπνυμένος ἀνήρ, pro πινυτός.

III.

Item infinitiuorum. οἱ πέρσαι λέγονται ἐσθίοντες κάρδαμον, καὶ πίνοντες ὕ-
δωρ. id est, λέγονται ἐσθίειν καὶ πίειν.

IIII.

Sequuntur interdum obliquum antecedentem, cum reſolui poſſunt per nominatiuum & uerbum, ut, σύ-
νοιδα ἐμαυτῷ μὴ προσποιουμένῳ, pro ὅτι αὐτὸς μὴ προσποιοῦμαι. Horatius in arte Poetica.

*Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti.*

id eſt, ac ſi ipſe manu occideret.

V.

Conſtruuntur, ut diximus, cum adiectiuis nominibus ſæpiſſime, ut ἐπιστάμενος ἱππεύειν. Horat.

*Nullus flectere equum ſciens*
*Aequé conſpicitur gramine Martio.*

VI.

Variantur quoq; caſus participiorum, ut & nominum. Λύκιοι συμμά-
χοντες ἦσαν, quod etiam dicitur, Λύ-
κιοι τῶν συμμαχόντων ἦσαν.

VII.

## VII.

Conferunt ad breuitatem participia, ut ſi dico, ἀκούω καὶ μανθάνω, aut πορευθεὶς καὶ διαλεχθείς: id fieri breuius poteſt hoc modo, ἀκούων μανθάνω, & πορευθεὶς διελέχθην.

## VIII.

Dilatatur iͤjsdem ſermo. Thucyd. ἀκμάζοντες ἦσαν ἐς πόλεμον. pro, ἤκμαζον. Cicero, A ſtudijs noſtris non eſt abhorrens. pro, non abhorret.

# ΠΕΡΙ ΑΡΘΡΟΥ.

## De Articulo.

## I.

ARTICVLO præpoſitiuo in exponendis, diſtinguendis, & demonſtrandis rebus utimur. In exponendo, δεινότης, ἡ ἐν τοῖς λόγοις. In diſtinguendo, αἴας ὁ τελαμώνιος. In demonſtrando, πέ-

do, πέρας ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου, ὁ θάνατος.

II.

Articulus cum genitiuo ſubſtantiui nominis, poſſeſſionem ſignificat. ut τὰ Ἡροδότου, ſcripta Herodoti. τὰ τῶν φίλων, facultates amicorum. τὰ τῆς τύχης, res fortuitæ.

Interdum nihil plus notat, quàm nomen ſimplex, ut τὰ τῆς ἐγκρατείας, pro ἐγκράτεια.

III.

Articuli præpoſiti aliis orationis partibus, ea mutant in nomina.

Verbis. Iſocr. μὴ δεόμενος, τὸ δεῖσθαι προσποιεῖ. τὸ δεῖσθαι indigere, pro τὴν ἔνδειαν indigentiam.

Aduerbiis, Soph. οὐ γὰρ ἐκπέλει φρονεῖν μέγ' ὅστις δοῦλός ἐστι τῶν πέλας.

Præpoſitionibus cum ſuo caſu. quôd cum ſit, aut pro nomine proprio ponũtur, ut οἱ ἀμφὶ Σωκράτην, pro Socrate: aut pro appellatione communi, ueluti in his præpoſitionibus.

κατὰ.

κατὰ.

οἱ καθ᾽ ἀγορὰν, id eſt, ἀγοραῖοι, cauſidici uel circulatores.

περὶ.

οἱ περὶ τὰ ἱερὰ, Sacerdotes.

ἀμφὶ.

οἱ ἀμφὶ τὸν ὄρφεα, Orphei ſectatores.

ὑπὲρ.

οἱ ὑπὲρ τὸν ἀντίγονον, Antigoni comitatus.

πρὸς.

οἱ πρὸς ταῖς κύλιξι, Pocillatores.

μετὰ.

οἱ μετ᾽ ἀχίλλεως, Achillis ſocij.

ἀπὸ.

οἱ ἀπὸ πλάτωνος, qui ſunt à Platone, ut Cicero pro Murena. Latini communiter per præpoſitionem, circa, hęc efferunt. Teren. Qui circa illam erant, pro ancillis. Aemilius, Qui circa Antigonum erant, pro, Antigoni militibus ſeu comitatu.

IIII.

Si nomen adiectiuum, intellecto ὢν participio, ſententiā auſpicatur, addē-

dus

dus eſt articulus, ut ὁ σοφὸς ἀριστοτέλης διαλέγει; Sin præponatur nomen proprium ipſi adiectiuo, idem geminandus eſt, ut ὁ ἀριστοτέλης ὁ σοφὸς διαλέγει. Omittitur autem, ſi uerbum ſubſtantiuum intercedat, uel uerbo expreſſum, uel ſenſu perceptum, ut Ἀριστοτέλης ἀνὴρ σοφός.

V.

Bini articuli orationem interſecantes, eleganter ſimul præponuntur. Τὰς τῶν ἄλλων ἀτυχίας ἐπιβλέπων, καὶ σεαυτὸν ὡς ἄνθρωπος ὢν, ὑπομιμνήσκου.

VI.

Articulus poſtpoſitiuus naturæ ordine conſequitur, ſed κατ' ἀντεστραμμένον præponitur & antecedit. Demoſth. χρὴ μὰ Δί' οὐχ ἣν Διοπείθης πειρᾶται τῇ πόλει δύναμιν κατασκευάζειν, ταύτην βασκαίνειν καὶ διαλύειν πειρᾶσθαι. Inuerſo ordine dixit, pro eo quod eſt, οὐ χρὴ ταύτην δύναμιν βασκαίνειν καὶ διαλύειν πειρᾶσθαι, ἣν Διοπείθης πειρᾶται τῇ πόλει κατασκευάζειν. Cicero, Rem cum

eo conficiatis,ut quam poſſeſſionem habet in agro Volaterrano, pro, ut poſſeſſionem quam habet.

VII.

Fit idem etiam caſu mutato, qui nō ad uerbum ſequens, ſed ad id quod anteceſſit, ſolet accommodari, ut ἀπολαύω ὧν ἔχω ἀγαθῶν. pro, ἀπολαύω ἀγαθῶν, ἃ ἔχω.

VIII.

Tranſit idem in præpoſitiuū, hoc modo. σωκράτης ὃς πολλὰ πεποίηκεν ἀγαθά. σωκράτης ὁ πολλὰ πεποιηκὼς ἀγαθά.

# ΠΕΡΙ ΑΝΤΩΝΥ-ΜΙΑΣ.

## De Pronomine.

I.

PRIMITIVA pronomina adponūtur nominibus, uerbis, participijs: deriuatiua tā tum nominibus.

II.

II.

Genitiuus pronominis primitiui, loco poſſeſſiui ſumitur, ut πατρὶς μοῦ χεμνίκιον, pro πατρὶς ἐμή.

III.

Poſſeſſiua pronomina habent genitiuum. Homer. Δαὴρ αὖτ' ἐμὸς ἔσκε κυνώπιδος. Simile illud Ouidij in Heroidib.

*Et fleſti, & noſtros uidiſti flentis ocellos.*

Verum apud Græcos non Poetę ſolum, ſed reliqui etiam Scriptores utuntur. Lucian. ὅλως οὐδὲ ἐπαθῶσι τ' ἀμὰ τοῦ κακοδαίμονος.

# ΠΕΡΙ ΕΠΙΡΡΗΜΑΤΟΣ.

## De Aduerbio.

I.

ADVERBIA declarant ſignificationem nominis, uerbi, participij, & ſuam ipſius intendunt atque augent.

πάνυ

πάνυ σοφὸς ἀνὴρ καλῶς ἀεὶ διάκειται, ζῶν ἀλύπως.

## DE CASIBVS ADVERBIORVM.

Aduerbia retinent caſus ſuæ originis, ut quæ deſcendunt à nominibus ἀξίως λόγου, μάλιστα πάντων, ὁμοίως τοῖς ἄλλοις. item quę de prępoſitionibus deriuātur, ut ἔκτοσθεν παλαίστρας, ἴλιον εἴσω.

### GENITIVVM REGVNT.

#### Loci.

ποῦ γῆς, πόῤῥω ἡμῶν, πανταχοῦ τῆς χώρας, πέρα τοῦ μετρίου.

#### Temporis.

ποτὲ τοῦ χρόνου, μέχρι τῆς ἑσπέρας, μεταξὺ τῶν λόγων, εὐθὺς τοῦ δείπνου.

#### Numeri.

ἅπαξ ἐνιαυτοῦ.

#### Separandi.

χωρὶς τῶν ἄλλων, ἄνευ καμάτου, πλὴν γυναικῶν, δίχα δώρων.

#### Cælandi.

λάθρα τῶν φίλων, κρύβδα διὸς ἄλλων τε θεῶν.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-143071-p0057-7

Ordinis.

ἐφεξῆς τοῦ ἑνός.

Cauſſæ.

τοῦ βελτίστου ἕνεκα, τῆς ἀληθείας χάριν.

Comparationis.

πλεῖστον τῆς ἡμέρας, δίκην καθόπερ οὐ.

Indignationis.

φεῦ τοῦ ἀνδρός.

Admirandi.

ὦ τοῦ ἀδικήματος.

DATIVVM.

ἅμα τῇ ἡμέρᾳ.

ὁμοῦ τοῖς συμμάχοις.

ACCVSATIVVM.

μὰ δία.

νὴ δία.

# ΠΕΡΙ ΠΡΟΘΕΣΕΩΣ.

## De Præpoſitione.

Præpo-

PRAEpoſitiones numero ſunt decẽ & octo: quarum aliæ cum uno, aliæ cum binis, aliæ cum omnibus obliquis conſtruuntur, uariante tamen ſenſu. quare illarum ſignificationes diligentius ſunt conſiderandæ. De uſu earum apud Poetas pauca quædam delibabimus, ſed uim in oratione uulgari maxime oſtẽdemus. Conſtruũtur igitur quatuor

## CVM GENITIVO.

### ΕΞ.

Ἐξ, ita enim dicimus ſequente uocale, nam ſequente cõſonante ἐκ. Significat motum ex re aliqua, ut ἐξ ὧν ἔπαθες, ἔμαθες. Plutar. ἐκ τῶν ὕπνων Θεμιστοκλῆ ἀνίστησι τὸ Μιλτιάδου τρόπαιον. Cauſſas, uel abſolutam. Herodo. ὅτι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ: uel efficientem, ἐκ ῥαθυμίας ἢ πενίας: uel materialem, ἐξ ἀργυρείου ποτήριον. Item tempus, ἐκ νηπίου à puero. &

per ἔλλειψιν, ἐξ οὗ, ἐκ τούτου, ſupple χρόνου.

Vergil.

*impius ex quo Tydides.* Idem,

*Ex illo fluere.*

In compoſitione auget, ἐκφάγω, ἐκπίνω: & mutationem ſignificat, ἐκστρέφω, ἐξίσταμαι.

ΠΡΟ.

Significat tempus, πρὸ τῶν τρωϊκῶν, ante bellum Troianum: & locum, πρὸ τῶν θυρῶν, pro foribus. Item præcipue uel ante alia. Homer. σωί τε δύ᾽ ἐρχομένω, καί τε πρὸ ὁδοῦ ἐνόησεν ὅππως κέρδος ἔῃ. ante uiam ſciunt, id eſt, ante omnia uel præcipue: quamuis alij aliter intelligunt. Eodem modo dicimus πρὸ ἔργου, quod ſignificat operæ pretium, uel in promptu.

In compoſitione loci ſignificationẽ retinet, ut πρόθυρον, προκοίτιον, quod eſt ante ianuam & ante lectum: item emphaſim habet, ut προπετὴς: & primarum partium ſignificationem, ut προπομπὸς princeps pompæ, προμαθὼν

qui prius cognouit, inuẽtor rei: deni-que in omni re quaſi præuentionem, ut προεπιπλήττω, προκατάρχω.

ANTI.

Significat permutationem, ἀνθ' ἑνὸς δύο, & ἀντι ὄνων χρυσὸς, merces pro aſinis, ut Plaut. Vicem, ὁ βοῦς ἀντ' οἰκέτου τοῖς πένησίν ἐστι. Bos ſerui loco eſt pauperibus. Remunerationem, ἀντὶ ἀγαθῶν ἀποδιδόναι κακὰ. Cauſam, ut δίπυρόν τι ὑπομένειν ἀντὶ καλῶν. quomodo Vergil.

*Vitamq; uolunt pro laude paciſci.*

ideſt, ἀντὶ δόξας.

In compoſitione deſignat uiciſſitudinem, ut ἠχὼ λόγων ἀντωδός: æqualitatem, ut ἀντίθεος Deo æqualis: contrarium uel oppoſitionem, ut ἀνθυβρίζω contumelias regero, ἀντινομία lex contraria, & ἀντίλαυραι è regione ſedentes uel in porticibus, quas Plautus proſedas nominat, Sex. Pompeius proſtibula, quaſi pro ſtabulis appellari dicit.

## ΑΠΟ.

Significat motum uel à perſona. Plato, ἀπὸ θεῶν χρὴ πάντα, ἀρχόμενον ἀεὶ λέγειν τε καὶ νοεῖν. quomodo Verg.

*A Ioue principium.*

Vel à re, ἀπὸ τοῦ αὐχένος εἰς τὰ γόνατα: uel à loco, Callimachus, ὡς ἤδη τὴν θάλατταν ἀπὸ τῆς γῆς ὁρᾷν. quod ita in ij. Lucretius,

*Suaue mari magno turbantibus æquora uentis,*
*E terra magnum alterius ſpectare laborem.*

Tempus, ἀπὸ γενεᾶς, à prima ætate. Abſentiã, ἀπὸ πατρίδος, à patria. Originem uel ſectam, οἱ ἀφ᾽ ἡρακλέους, Heraclidæ, qui ab Hercule originẽ ducunt: οἱ ἀπὸ ἰσοκράτους, qui ſunt ab Iſocrate, eius diſcipuli et ſectatores. Accipitur etiam pro διὰ, ut ἀπὸ κακίας ἀδικεῖν τινα, per malitiam iniuria adficere. Ἀπὸ τῶν μήδων ἀκροθίνιον dixit Thucyd ut Vergil.

*Aeneas hæc de Danais uictoribus arma.*

In compoſitione auget, ἀποτείνω, extẽdo: contrariã ſententiã inducit, εὔχομαι ἀπεύχομαι, imprecor, γινώσκω ἀπογινώσκω

γινώσκω, non cognoſco: exemplũ ſignificat, ἀπογράφω deſcribo: additionẽ ad rem aliquam, ἀποχαρίζομαι uehemẽter gratificor, ἀπεξεργάζομαι adiungo aliquid ad opus inſtitutum: defenſionem, ἀποκρίνω, ἀπολογῶ purgo & excuſo: cum uerbo ſignificante actionem, notat defatigationem, ἀπείρηκα περιπατῶν, defeſſus ſum ambulando.

## CVM DATIVO.

### EN.

Siue ἐνί, ſignificat ſtatum rei. Euripid. κέρδος ἐν κακοῖς ἀγνωσία. Ingnorantia in malis lucrum eſt. Imitationem, ὀρχεῖσθαι ἐν ῥυθμῷ. ad numerum ſaltare. Vergil. in Buc.

*Tum uero in numerum Faunosq; ferasq; uideres*
*Ludere.*

In loco. Ariſtoph. οὗτοι οἴκοι μὲν λέοντες, ἐν μάχῃ δ᾽ ἀλώπεκες. Ordinem, ἐν ἀγαθοῖς, id eſt, ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν συστοιχίᾳ, in ordine rerum bonarum. Cum genitiuo ponitur ἐλλειπτικῶς. Ariſtot. ἐν παιδοτρίβου τινὰ πάλην ἐμάνθανον. In

præceptoris aliquam luctam didiciſti, ſubauditur domo. Ita dicimus Catiã apud Romanos obducto uelo in Veneris adulterium cõmiſiſſe, ubi intelligitur templo uel æde.

In compoſitione modo locũ ſignificat, ut ἐναυλίζομαι inhabito : modo auget, ut ἐνατενίζω intente intueor, ἐμπλέκω implico, immiſceo.

ΣΥΝ.

Vel Atticè ξὺν. Xenoph. σὺν τῷ θεῷ πραττομένων, εἰκὸς καὶ τὰς πράξεις προϊέναι ἐπὶ τὸ λῷον. Significat auxiliũ, σὺν χάρισι, adiuuãtibus Gratijs. Theocr. ἐσλὸν σὺν μοίσαισι dixit, pro bono poeta.

In compoſitione uel communionem rei notat, uel augẽdi uim habet, ut συνεργῶ unà ago, συντελῶ perficio.

CVM ACCVSATIVO.

ΕΙΣ.

Vel ἐς Atticè, ſignificat motum ad aliquid, ut εἰς τὸν οὐρανὸν βλέπειν. Item in loco, εἰς τὸν ἅλυντα, ad Halentem fluuium, εἰς τοὺς πέρσας, apud Perſas. Laudem.

dem. εἰς Ἀπόλλωνα. Cic. In quem illud elogium unicum plurimę conſentiũt gentes, id eſt, in cuius laudem. Idem cõtrà, Ex eo S.C. quod in hæredes C. Vẽnonij factũ eſt, id eſt, cõtrà. quod apud Græcos πρὸς eſt, ut iã dicemus. Vſum habet in partitionibus, ut ὁ ἄνθρωπος διαιρεῖται εἰς ψυχὴν καὶ εἰς σῶμα. Oſtendit facultatem, σωτῆρα καὶ φύλακα τῶν νόμων ἀδιάφθορον ὅσον δεῖ εἰς δύναμιν ἀνθρωπίνην. Quantum hominis facultati conceſſum eſt, incorruptũ eſſe legum auctorẽ et cuſtodẽ oportet. Significat id cuius cauſa damus aliquid, ut ἐς χλαῖναν πορφύρα, purpura in ueſtem, quo modo Teren. dixit,

*Dedit in ſumptum dimidium minæ.*

Sequitur ſignificationẽ ſui caſus, ut εἰς τέλος perfectè, εἰς δέον opportunè, εἰς κενὸν fruſtra, Suetonius in uacuũ dixit, ad uerbũ. Ponitur cũ genitiuo p̄ ἔλλειψιν, εἰς διδασκάλου, intelligitũ οἰκίαν. Ita ad Opis, ad Pollucis apud Ciceronẽ. Vtimur hac prępoſitione

cum ſermo eſt de rebus inanimatis, ut φεύγων γάμον ἀφίκετο εἰς ἐρημίαν. Cũ de animatis, πρὸς, ut πρὸς τὸν βάρβαρον πρέσβεις ἔπεμψε. Præterea altera in laude utimur, ut ὕμνος εἰς θεόν: altera contrà, ut ψήφισμα πρὸς θηβαίους.

In compoſitione uero denotat locum, εἰσβιάζω, εἰσέρχομαι, inuado, irruo: auget, εἰσακούω, exaudio: ſuprà ſignificat, ut ἐσβάλλειν τῆς κεφαλῆς, quod pulcherrime Liuius, Elatam ſecurim in caput deiecit. 1. ab Vrb. Cond.

ANA.

Significat motum per locum, ut ἀνὰ στρατὸν, per exercitum. Quietem in loco, τέσσαρες εἰσὶν ἀγῶνες ἀν' ἑλλάδα. Quatuor ſunt in Græcia certamina. Tēpus, ἀνὰ ὅλον χρόνον, per omne tempus. Apud Poetas σὺν. Pind. χρυσέαις ἀν' ἵπποις, pro σὺν ἵπποις.

In compoſitione locum demonſtrat ſuperiorem, ἀναβλέπω, ſuſpicio: actionem repetitam, ἀνατρέχω recurro, ἀνακτίζω inſtauro: contrarium ἀνάλυ-

τ☉, ἀναίσθητ☉, doloris ſenſuumq́ expers.

CVM GENITIVO ET ACCVSATIVO.

KATA.

Cum genitiuo ſignificat de, κατὰ σπουδαίων ὑβριστικὰ λέγειν, de bonis loqui contumelioſe. Accuſationem, ut κατ' ἀνδροτίων☉ λόγ☉, contra Androtionem oratio. Præſentiam, πρᾶγμα κατὰ χειρὸς, res quę eſt in manibus. Iuramentum, κατὰ κινῶν ἐπόμνυντο. Suprà, κατὰ πέτρων σπείρειν. Pòſt, κατὰ νώτου, à tergo. Apud Dialecticos γέν☉ κατηγορεῖται κατὰ τῶν εἴδους. Homer. βῆ δὲ κατ' οὐλύμποιο καρήνων, pro ἀπὸ.

Cum accuſatiuo ſanè multiplex eſt. Significat tempus, ἀδυνατόν δὲ καὶ φαῖδρον κατὰ σωκράτην εἶναι. Fieri non poteſt Phædrum Socratis ætate fuiſſe. Locum, Theocr. μᾶλα νέμων ὡς φαντὶ κατ' ὤρεα μακρὰ μενάλκας. quomodo Vergilius.

longum

*longum per ualles paſcitur agmen.*

Actionem, πρῶτος κατὰ τὰς μάχας, primus in pugna. Similitudinem, γράφει κατά τ' αὐτὰ τῷ ἐμοί. Morem uel conſuetudinẽ, Lucian. κατὰ τοὺς μάντεις τοῦτο ποιεῖς, more uatum hoc facis, nempe ut uanus ſis. Præſcriptũ. Ariſtot. τὸν παῖδα δεῖ κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ ζῆν. Pueri eſt, ex præſcripto magiſtri uiuere. ita dicimus κατ' ἀξίαν ex dignitate uel pro dignitate. Vicinitatem. Thuc. κορίνθιοι κατὰ τοὺς ἀθηναίους ναῦς εἶχον, prope Athenienſes claſſem ſuã Corinthij habebãt. Cõuenientiã, κατὰ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν, ſecundum hominis naturam. κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, Terentius, *Vt ſunt humana.*

Succeſſum, ut in illo prouerbiali dicto, κατὰ δεύτερον πλοῦν, quod Latini, rumore ſecundo. Cicero ex antiquo Poeta libro 1. de diuinatione.

*Soluere imperat ſecũdo rumore, aduerſaq; aui.*

Ennius in vij. Annali.

*Mox auferre domos populi rumore ſecundo.*

Cauſſam,

Cauſſam, κατὰ τὴν ἀρετὴν λεγόμεθα σπουδαῖοι, ex uirtute uel propter uirtutem dicimur boni.

Exponitur quoq; per aduerbia Latinis in, im, terminata, κατὰ μέρος partim, κατὰ μίτον filatim, κατὰ πόδας pedetentim.

In compoſitione auget in bonũ κατασπουδάζω, diligenter incumbo, καταπράττω, perficio: in malum καταφρονῶ deſipio, καταψηφίζομαι contra aliquẽ decerno.

ΔΙΑ.

Cum genitiuo temporis indicat ſpacium, ut διὰ βίου, per omnẽ uitam. Locum, διὰ μέσου αἰθέρος τέμνον κέλευθον, uiam ſecabant per medium aerem. Inſtrumentum, διὰ μαχαιρῶν καὶ παλτῶν πολεμίζειν, gladijs teliſq; pugnare. Potentiam, δι᾽ ἑαυτῶν κτησάμενοι τὰς ἀρχὰς, qui ſuis uiribus imperia pepererunt. Actionem, διὰ σοῦ ταῦτα ἂν ἄμεινον γίγνοιτο, tua opera hæc melius ceſſerunt. Impulſionem, διὰ φόβου ῥίπτειν τὰ ὅπλα, timore inductum arma abijcere.

Cum accuſatiuo, cauſam. πολλοὶ ἀπώλοντο διὰ πλοῦτον. Apud Poetas tempus. Homer. νύκτα δι' ἀμβροσίην. Item ἀνὰ. idem, διάτ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα.

In compoſitione ſignificat diſiectionem, διαστρέφω peruerto, διαχωρίζω ſeparo: tranſitum, διαπρήσσω pertranſeo, διατρέχω percurro: augmentū διαμένω perſeuero, διατάττω bono ordine colloco.

META.

Cum genitiuo præſentiam rei alicuius, ut πόρισμα μέγας ἐστὶ εὐσέβεια μετ' αὐταρκείας. Præclara poſſeſſio eſt pietas cum animo ſuis rebus contento. Societatem, μετὰ Φιλίππου ἐπολέμουν, ſocia arma iungebant Philippo. Impulſionem, μετ' ὀργῆς ποιεῖν τι, cum ira facere aliquid, hoc eſt, impellente ira committere.

Cum accuſatiuo tempus, μετὰ τὰ πράγματα συνετὸς ὁ Κλέων, poſt facta prudens Cleon. Ordinem, ἀρίστη μετὰ τὴν πρώτην πολιτεία, optima ſecundū

primam

primam Reſpub. Apud Poetas datiuũ habet, & ponitur pro σὺν. Home. μετὰ τρώεσσ' ἀναφλῦσαι. &, μετ' ἀνθρώποισι μανάσσει.

In compoſitione oſtendit mutationem, μεταφράζω transfero, μετασχηματίζω figuram immuto: participationem, μεταδαίομαι unà conuiuor, μεταλαμβάνω partem ſimul capio: interpoſitionem, unde μετακόσμια, intermundia Epicureorum uertit Cicero.

ΥΠΕΡ.

Cum genitiuo defenſionem. Demoſt. ὑπὲρ πόλεως πράττοντά τι δεῖ τὸ τῆς πόλεως ἦθος μιμεῖσθαι. Pro defendenda ciuitate qui agere aliquid uult, eũ ciuitatis morẽ neceſſe eſt ſequi. Materiam, ὑπὲρ εὐσεβείας καὶ λάλει καὶ μάνθανε de pietate. Votum, ut in baſi ſtatuæ Imp. Commodi Romæ, ὑπὲρ σωτηρίας καὶ διαμονῆς τοῦ κυρίου αὐτοκράτορος, pro ſalute & perpetuitate Domini Imperatoris. Cauſſam, ὑπὲρ σκιᾶς ὄνου, de aſini umbra. Locum ſuperiorem,

tiorem, γῆρας ὑπὲρ κεφάλης, quo modo Vergil. *Supra caput aſtitit imber.*

Vltionem. Demoſth. ἅμα τῇ τε πόλει βοηθεῖν οἴεται δεῖν, καὶ δίκην ὑπὲρ αὐτοῦ λαβεῖν. Simul & urbi auxilium ferendum cenſet, et pœnas de hoſte poſcendas. Idem iiij. Aen.

*pœnas inimico à fratre recepi.*

Cum accuſatiuo, ſupra. Demoſth. μανία ἐστὶν τὸ ὑπὲρ δύναμίν τι ποιεῖν. Inſania eſt ſupra uires aliquid audere.

Locum, ὑπὲρ τὴν θρᾴκην μακεδονίας.

Tempus, ὑπὲρ τὰ στρατεύσιμα ἔτη γεγονώς, qui ſupra militiæ annos eſt, hoc eſt, emeritus.

In compoſitione ſignificat defenſionẽ, ὑπέρχομαι, accedo opis ferendæ cauſa, ὑπερασπίζω defendo: augmentum ὑπεραγαπῶ perditè amo, ὑπερμαίνομαι nimis inſanio: imitationem deprauatam, ὑπερεκπέμπω ſupra emitto, de malo teli iactu, ὑπερατλικίζω, inepte Atticos imitor.

CVM GENITIVO, DATIVO,

ACCV-

## ACCVSATIVO.

### ΠΡΟΣ.

Cum genitiuo motũ exprimit à perſona, πρὸς θεοῦ τ᾽ ἀγαθά, id eſt, παρὰ θεοῦ. Motum de loco, ἔπεσε φλὸξ πρὸς οὐρανοῦ, flāma de cœlo cecidit. Officiũ, οὐ πρὸς φιλοσόφου φιλυδονεῖν. Originem, πρὸς μητρὸς εὐγενής, à matre nobilis. Præſentiam, πρός τε θεῶν μακάρων, πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων. Coram Dijs beatis, & corā mortalibus hoibus. Iuramento ſeruit, unde uox illa Socratis, πρὸς θεῶν δότε μοὶ κώνειον, per deos cicutā mihi porrigite.

Cum datiuo, habitum, εἰμὶ πρὸς τῷδε, in hoc ſum. Cauſam adiuuātem, πρὸς τῷ ἱματίῳ ἀργύρειον, cũ ueſte pecuniā. Vicinitatē, πρὸς τοῖς ποσίν, ante pedes.

Cum accuſatiuo, motũ ad aliquid, πρὸς τὸ δικαστήριον, ad tribunal. Quietē in loco, πρὸς σῆμα μητρυιᾶς κλαίεις, ad nouercę tumulũ lamentaris. Imitationem, πρὸς αὐλὸν ᾄδειν, ad tibiā canere. Cōtentionē, πρὸς ἀμφότερα διαπορῆσαι.

Permu-

Permutationē, βίον πρὸς κέρδη καταλλάττειν, uitam lucro permutare. Reſponſionem, οὐκ οἶδα, ὅτι χρὴ πρὸς ταῦτα λέγειν, quid ad hæc dicam, ignoro. Comparationem, ὡς τὰ δύο πρὸς τὰ τέσσαρα, οὕτω καὶ τὰ τέσσαρα πρὸς τὰ ὀκτώ.

In compoſitione auget, προσπάσχω uehementer afficior, προσαναβλέπω inedia reficio, uerbum medicum: diminuit, προσάπτομαι leuiter attingo, προσψαύω, idem: notat uicinitatem, προσχωρῶ accedo, προσέχω attendo: adiectionem, προσοικοδομέω ſuperędifico, προσεπεξεργάζομαι ad opus aliquod ſemper adijcio.

ΠΑΡΑ.

Cum genitiuo motum uel à perſona, παρὰ διδασκάλου ἐπιστήμη, à præceptore ſcientia: uel à re, παρ᾽ ἡδονῆς λύπη, à uoluptate dolor: uel à loco, ſed Poeticè. Home. παρὰ νηῶν ἀνιόντε, pro ἀπό. Πρός enim & παρὰ proprie de perſonis, ἐξ & ἀπὸ de loco dicuntur. Excellentiam

cellentiam, παρὰ πάντων τυγχάνει, præ omnibus excellit. Contrarium, οὐδὲν παρὰ λόγου ποιεῖ σοφός, nihil præter rationem agit ſapiens.

Cum datiuo uicinitatem uel rei externæ, ut παρὰ τοῖς δούλοισι κοιμᾶσθαι Ariſtoph. propter uel apud ſeruos dormire: uel rei non externæ, Herodot. οὗτος παρ᾽ ἐμοὶ τὸ ὄνομα τοῦτο δίκαιός ἐστι φέρεσθαι, hic mea ſentētia hoc nomine merito appellari debet. Significat igitur plerumq; rem animatam, de re non animata Theocritus παρ᾽ βωμῷ, ſed Poeticè.

Cum accuſatiuo motū ad aliquid, παρὰ πατρίδα ἔρχομαι, uenio ad patriam. Commorationem uel in loco, παρ᾽ ὕδωρ ῥέον αἰθερoκοιτεῖν, quo modo Tibullus,

*ad riuos prætereuntis aquæ:*

Vel in re aliqua, παρὰ τὰ μαθηματικὰ σπουδάζειν, in ſtudijs mathematicis uerſari. Cauſſam, παρὰ τὸ εὖ ζῆν, κλέος id eſt, διά. Contrarium, παρὰ πάντα τὰ

δίκαια. Tempus, παρὰ τὸ δεῖπνον. De-
moſth. οὐ παρὰ μικρόν, parum abfuit.

In compoſitione mire uariat. Mo
do enim auget, ut παράτολμος audax:
modo minuit, παραβλέπω male uideo,
cæcutio, παρατρέφομαι tenuiter alor: ſig
nificat dolum, παρακύπτω limis aſpi-
cio, ut laſciuæ ſolent: comparatio-
nem, παραβάλλω, παρεξετάσω, confero:
ſocietatem, παραδυναστέω ſum poteſta
tis æqualis, παραπολαύω fructũ ſimul
capio: contrarium παράνομος iniquus,
παράνοια inſania: fallaciam, παραλογίζεσθαι
captioſo ſermone uti, παραπρεσβεύεσθαι
falſam legationem obire: prope uel
circum, παρακολουθῶ proxime ſequor,
παρατειχίζω muro circundo.

ΕΠΙ.

Cum genitiuo poſitum in re ſigni
ficat, θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις,
Deo uolente in uimine nauigaueris.
Tempus, ἐπὶ κύρου περσῶν πρώτου βα-
σιλεύοντος, tempore Cyri. Motum
ad locum, πορεύομαι ἐπ' ἀγορᾶς eo in

concio-

concionem: in loco, οὐκ ἀναβάδην, ἀλλὰ κεκλιμένας ἐπὶ τῆς γῆς, non aſcendendo, ſed in terram ſtratæ. Cauſſam, οἱ ἐπὶ τῆς ἡδονῆς πάντα ποιοῦντες, qui uoluptatis gratia faciunt omnia. Proximitatem ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, prope uiam. Dignitatē, ὁ ἐπὶ πάντων θεός. Conſenſum, ἐπὶ τῆς αὐτῆς γένεσθαι γνώμης, in eadem eſſe ſententia.

Cum datiuo cauſſam finalem, ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐν τοῖς χειμῶσιν τὰ ὑπάρχοντα ἀποβάλλειν, ſalutis cauſſa ſuborta tempeſtate facultates in mare proijcere. Poteſtatem. Iſocr. τοὺς δυναστείας ἔχοντας καὶ τοὺς ἐπ᾽ αὐταῖς ὄντας, principes & qui ſub ipſorū ſunt imperio. Excellentiam, οἱ ἐπὶ τοῖς παισὶν, qui præſunt pueris, magiſtri. Tempus, ἐπ᾽ ἤματι δακρύσαντες, ultra diem lachrymantes. Adiectionē, ἐπὶ πήματι πῆμα, clades ſupra cladem. Contrarium, ἐπὶ τῷ δήμῳ contra populū, apud Ariſtoph. Item poſt, ἐπὶ τούτοις, poſt hæc.

Cum accuſatiuo motū ad aliquid.

Plato, περὶ τοὺς ἵππους καὶ περὶ τοὺς τούτων διδασκάλους φοιτῶσι. Tempus, ἐπὶ χρόνον, ad tempus, aliquandiu. Societatem, οἱ ἐπὶ τὸν ἀντίγονον, Antigoni comitatus. Dolum, ἐφ' ἡμᾶς ὥρμησε, in nos impetum fecit.

In compoſitione ſignificat impoſitionem, ἐπιπίπτω ſuperuenio, ἐπιπλέω, naui inuado: impetum, ἐπιχειρέω, ἐπιῤῥήγνυμι, incurro, irruo: ingreſſum, ἐπιδράμω ingredior, ἐπικυμαίνω irrumpo: augmentum, ἐπικρατέω præpolleo, ἐπιχειμάζω hyemem duro: tarditatem, ἐπιμανθάνω ſero addiſco, ἐπιμηθεύομαι poſt factum conſulo: aptitudinem, ἐπισχηματίζω adfingo, ἐπισυνάπτω adapto.

ΠΕΡΙ.

Cum genitiuo materiam, περὶ μεταλλικῶν γράφει ὁ Γεώργιος. Finem, περὶ ὧν οἱ σύμμαχοί φασιν ἀδικεῖσθαι, quarum rerum gratia ſocij aiunt ſe iniuria adfici. Aeſtimationem, Plato, θεοί γε αὖ περὶ πλείστου ποιοῦνται, θᾶττον ἀπαλλάττουσι τῷ

σι τοῦ ζῆν. Dij quos plurimi faciunt, eos cito ex hac uitæ miſeria eripiunt. Defenſionem, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης, pro patria propugnare. Comparationem, τετιμῆσθαι περὶ πάντων, præ omnibus honorari.

Cum datiuo cauſſam, Hom. δέδοικα περὶ ξανθῷ Μενελάῳ. Remunerationem. Idem. περὶ γάρ σφίσι δῶκεν Ἀθήνη ἔργα ἐπίστασθαι περικαλλέα. Sed hic caſus præpoſitionis huius magis poeticus eſt quàm oratorius.

Cum accuſatiuo perſonam. Demoſth. περὶ αὑτὸν ἔχει μίμους γελοίων, καὶ ποιητὰς αἰσχρῶν ᾀσμάτων. Secum trahit ridiculos mimos, & obſcœnos poetas, de Philippo rege. Habitum, περὶ τὰ φοβερά, ἡ ἀνδρεία, in rebus formidulosis uerſatur fortitudo. Locum, περὶ τὰ ἀρχεῖα οἱ ἔφηβοι περσῶν κοιμῶνται, ad principum palatia Perſarum adoleſcentes excubant. Tempus, περὶ ὥραν ἕκτην, circa horam ſextam. Tractationem rei, ut τὰ περὶ τοὺς θεούς, ſacri-

ficia & cultus diuini. Vicinitatem, περὶ τὴν ἀλεξάνδρειαν prope uel iuxta Alexandream. Cauſſam, περὶ πολιτείαν, propter rempublicam.

In compoſitione habet augmentationē, περιθαμβὴς pertimidus, περικαλλὴς perpulcher: ſignificat circuitum, περιβάλλειν circumiijcere, περιστρατοπεδεύειν exercitu circundare uel obſidere: excellentiam, ut περίειμι, περιγίνομαι anteeo, præſto.

ΑΜΦΙ.

Cum genitiuo materiam, ἀμφὶ τῶν ἀστέρων γράφει, de ſideribus ſcribit.

Cum datiuo, poetice. Homer. ἀλλά μοι ἀμφ᾽ ὀδυσῆι δαΐφρονι δαίεται ἦτορ.

Cum accuſatiuo, οἱ ἀμφὶ πρίαμον, pro amicis Priami. Item circiter, ἀμφὶ τὰς δώδεκα μυριάδας, circiter decem millia.

In compoſitione ſignificat complexum, ἀμφιδοξῶ in utramque partem pendeo, ἀμφιβάλλω amplector. Sed ut eiuſdem ſignificationis ſunt περὶ & ἀμφὶ

ἀμφί, ita περὶ magis eſt in uſu. & utraque interdum ſimul in compoſitione coniungitur, unde ὁμοιοσιώτακτοι à Laſcari adpellantur.

## YΠO.

Cum genitiuo ſignificat motum de perſona, ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν τιμώμενος, à bonis honoratus. Cauſſam, ὑπ᾽ αἰδοῦς ἐπικαλύπτων τὴν γνώμην, propter pudorem animi ſententiam occultans. Tegumentum, ὑπὸ χιτῶνος ἔχει, ſub tunica, uel intra tunicas habet.

Cum datiuo ſubiectionē, ὑπὸ τῷ διδασκάλῳ ſub pręceptore. Sitū in loco ὑπὸ δένδρῳ κεῖται, ſub arbore recubat.

Cum accuſatiuo locum, τὰ ὑπὸ σελήνην πάντα εὐμετάβλητα, quæ ſub lunari globo ſunt omnia facilime mutā tur. Perſonam, μαθητὴς ὢν ὑπὸ τὸν διδάσκαλον ἴσθι. Diſcipulus cum ſis, ſubditus præceptori eſto.

In compoſitione ſignificat diminutionem ὑποδείδω, ſubuereor, ὑποστέλλω

ſubticeo: inſidias, ὑπονέομαι defraudo, ὑφαρπάζω furtim rapio: improbitatem materiæ, ὑπόχρυσος aurum nequam, ὑπόχαλκος æs adulterinum & improbum: recurſum, unde uerbum medicum, ὑποτροπιάζω in morbum rurſus incido.

## REGVLAE GENERALES.

### I.

Præpoſitiones cum uerbis compoſitę, ſi retinent ſuam ſignificationem, retinent etiam plerumque caſus, ut in uerbo admonuimus. ut συνοικῶ τῇ γυναικὶ, ὑπερέχω τῆς κεφαλῆς τὴν χεῖρα.

### II.

A prępoſitionibus quoque facta aduerbia, caſus originis ſuæ retinere diximus, ut ἔξω τῆς οἰκίας, κάτω χθονός.

### III.

Poſtponuntur interdum caſibus ſuis præpoſitiones, ut εἰρήνης πέρι, τεθνηκότων ὑπέρ. Illa autem poetica ſunt κακῶν ἄπο, & ἀρτέμιδι ξύν.

## IIII.

Nonnunquam geminantur uel eædem. Ariſtoph. οὐ γὰρ ἐν νέαις τὸ σοφὸν ἔνεστι, ἀλλ' ἐν ταῖς πεπείροις: uel diuerſæ. Eurip. εἰς ὄμματ' ὕπνου φωτὸς ἐμβλέψαι γλυκύ.

## V.

Interdum omittuntur, ut ὧν ἔπαθεν ὀργὴν ἔχει, pro ὑπὲρ ὧν.

## VI.

Eleganter in medio ſubſtantiui & adiectiui nominis ponuntur, ut πηγῆς ἄπο κηφισοῖο, μάχῃ ἔνι κυδιανείρῃ, νηῶν ἀπὸ καὶ κλισιάων.

## VII.

Translato in priorem accentu nõ amplius præpoſitiones ſunt, ſed uerba fiunt. Theog. ὅστις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προμάχοισιν ἔνι, pro ἔνεστι. Hom. χαλεπὴ δὲ θεοῦ ἔπι μῆνις, pro ἔπεστι. Idem, οἱ πάρα κεῖνος ἄρης, pro πάρεστι. Soph. ἀλλ' ἄνα δ' ἐξ ἑδράνων, pro ἀνάστηθι. Tale uolunt eſſe Latini Grãmatici illud Vergilij.

*nec fuga iam ſuper ulla pericli.*

pro

pro ſupereſt: & eius imitatoris Silij,

*Saucius haud illi comitum ſuper unus.*

## VIII.

Vna quoq;, ϖέρι, mutato accentu, uim habet aduerbij. Hom. τυδείδη, πέρι μὲν πολέμῳ ἐνὶ, κάρτερός ἐσσι.

# ΠΕΡΙ ΣΥΝΔΕΣ-ΜΟΥ.

## De Coniunctione.

CON iunctionis eſt proprium ſimiles coniungere orationis partes, ut nomen nomini, uerbum uerbo: & gemina partium accidentia, ut caſum caſui, modum modo. hoc mutari poteſt uel elegantiæ cauſa, uel carminis, ſed maxime carminis. quod ut omnes intelligant, Latinis exemplis declarabimus.

Ouidius.

*Nec tibi turpe puta crinem, ut Phylleia mater.*
*Soluere, & effuſis colla reflecte comis.*

rectius

rectius enim fuiſſet, nec tibi turpe puta ſoluere & reflectere. Idem,

*Tecta repẽte quati, pingueſq; ardere uidẽtur.*
*Lampades, & rutilis collucent ignibus ædes.*
*Falſaq; ſæuarum ſimulacra ululare ferarum.*

in hoc exemplo principio & fini non reſpondet medium, niſi ſcribas collucere, pro collucent, quod fieri uetant codices uetuſti, & ſimilia apud eundem Poetam exempla.

## II.

Coniunctiones conſociationẽ habent cũ aduerbijs, & inter ſe ipſę mutuo connectũtur, unde ἀναφορικοὶ uel ἐπακολουθητικοὶ σύνδεσμοι dicuntur, uel quando altera reſpondet alteri, ut μὲν & δὲ. Iſocr. βραδέως μὲν φίλος γίνου, γινόμενος δὲ πειρῶ διαμένειν. Vel quando una bis ponitur, ut in affirmatiuis. Heſiod. καὶ κεραμεὺς κεράμει κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων. In negatiuis. Iſocr. μήτε μετὰ βλάβης πειρῶ τῶν φίλων, μήτε ἄπειρος εἶναι τῶν ἑταίρων θέλε. In diſtinctiuis. Home. ἢ Αἴας, ἢ Ἰδομενεὺς, ἢ δῖος ὀδυσσεύς.

III.

Coniunctiones (ut docet Gaza) aut antecedunt, aut collocātur in medio, aut conſequuntur. Antecedunt autem et conſequuntur uel orationē, uel dictionem, uel utrumq;. hoc eſt, ἢ τὸν λόγον, ἢ τὴν λέξιν, ἢ ἀμφότερον.

ANTECEDVNT

Orationem, ἀτὰρ uel αὐτὰρ, ſtatim in initio poſitæ. Item ἤτοι quando μὴν ſignificat: uel paulo poſt initium poſitæ, ut μὴν & γὰρ.

Dictionem, ut τε & καὶ, νύκτας τε καὶ ἤματα: item ἆρα cum dubitationē ſignificat: præterea ἀλλὰ & ἀλλαμὴν.

Vtrumq;, ut quæ appellantur cauſales, γὰρ, tamen excepta.

MEDIVM LOCVM TENENT

In oratione ἀλλὰ, ὅμως, καίπερ, et alię quæ σὺν παρακολουθίαν habent alterius antecedētis, ut ἀλλὰ καὶ, ſed etiam, concomitatur οὐ μόνον non ſolum.

CONSEQVVNTVR

Orationem, ut ῥα & καὶ, cum anteceſſit ὁμοίως. Dictio-

Dictionem, ut inclinatiuę ſeu ἐγκλιτικοὶ dictæ, τε, κεν, κε, γε, περ.

Vtrumq́;, ut ἢ, quoties μὴ ſequitur.

## ANTECEDVNT ET CONSEQVVNTVR

Quę ſententiam aliquam continuant & perficiunt. Quod ſi antecedunt, tum id recte fit & ordine. εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ, ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ. Sin conſequuntur, tum id fit naturæ ordine inuerſo, nempe cum ratio quæ præponi debet, in oratione poſtponitur. ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες Ἄλλοι τε Τρῶες μέγα κεν κεχαροίατο θυμῷ, Εἰ σφῶιν τάδε πάντα πιθοίατο μαρναμένοισιν. Verum de nulla orationis parte præcipere difficilius eſt, quàm de collocatione & uſu coniunctionū: neć frustra ad Theodecten Ariſtoteles collocationē particularum καὶ ἀνταπόδοσιν inter primum elegantis orationis munus recenſuit. Quamobrem lectione po-

potius & obſeruatione, quàm numero & multitudine præceptorum, illarum cognitio erit comparanda.

ΤΕΛΟΣ ΣΥΝΤΑ-
ΞΕΟΣ.

# REGVLARVM EXAMINATIO.

CVM neq; ſine exemplis conferant aliquid præcepta, neq; exempla niſi apta ſint, & commode præceptis adhibeantur, intelligi poſſint: placuit poſt præceptorum tractationem, etiam quo modo exempla in auctoribus accõmodanda ſint, breuiter aperteq; oſtendere. Quamuis autem præcepta eo ſint ordine tradita, ijs exemplis illuſtrata, ut nullius ſcientiam fugere poſſe uideantur, tamen omnibus proſpiciendum ac conſulendum fuit, maximeq; ijs, quibus aut magiſtri nulli ſunt, aut non ſatis idonei atq; exercitati. Quod ſi qs hac acceſſione non eget, is grauari nõ poteſt, qa breuis eſt: ſin alicuius ſtudiũ plura deſiderat, ægre ferre nõ debet, quia hæc ad cognoſcẽdum ſatis ſunt homini diligẽti. Igit ad explicationẽ eorũ q̃ dicta ſunt, & oratoriũ ſiue hiſtoricũ, et poeticũ exemplũ ſumamus.

XENO-

# XENOPHON LIBRO PRIMO DE VITA ET diſciplina Cyri Perſarum regis.

## DE DISCIPLINA PVERORVM.

Οἱ μὲν δὴ παῖδες εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶντες, διάγουσι μανθάνοντες δικαιοσύνην, καὶ λέγουσιν ὅτι ἐπὶ τοῦτο ἔρχονται, ὥσπερ παρ᾽ ἡμῖν, οἱ τὰ γράμματα μαθησόμενοι. οἱ δὲ ἄρχοντες αὐτῶν διατελοῦσι τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας, δικάζοντες αὐτοῖς. γίγνεται γὰρ δὴ καὶ παισὶ πρὸς ἀλλήλους, ὥσπερ ἀνδράσιν, ἐγκλήματα καὶ κλοπῆς, καὶ ἁρπαγῆς, καὶ βίας, καὶ ἀπάτης, καὶ κακολογίας, καὶ ἄλλων οἵων, εἰκός. οὓς δ᾽ ἂν γνῶσι τούτων τι ἀδικοῦντας, τιμωροῦντι. κολάζουσι δὲ καὶ οὓς ἂν ἀδίκως ἐγκαλοῦντας, εὑρίσκωσι. δικάζουσι δὲ καὶ

ἐγκλήμα-

ἐγκλήματος, οὗ ἕνεκα ἄνθρωποι μισοῦσιν ἀλλήλους μάλιστα. δικάζονται δὲ οὐχ ἥκιστα ἀχαριστίας, καὶ ὃν ἂν γνῶσι δυνάμενον μὲν χάριν ἀποδιδόναι, μὴ ἀποδιδόντα δὲ, κολάζουσιν τοῦτον ἰσχυρῶς. οἴονται γὰρ τοὺς ἀχαρίστους, καὶ περὶ θεοὺς ἂν μάλιστα ἀμελῶς ἔχειν, καὶ περὶ γονέας, καὶ πατρίδα, καὶ φίλους. ἕπεσθαι δὲ δοκεῖ μάλιστα τῇ ἀχαριστίᾳ, ἡ ἀναισχυντία, καὶ γὰρ αὕτη μεγίστη δοκεῖ εἶναι ἐπὶ πάντα τὰ αἰσχρὰ ἡγεμών. Διδάσκουσι δὲ τοὺς παῖδας, καὶ σωφροσύνην, μέγα δὲ συμβάλλεται, εἰς τὸ μανθάνειν σωφρονεῖν αὐτοὺς, ὅτι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ὁρῶσιν ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν σωφρόνως διάγοντας. Διδάσκουσι δὲ αὐτοὺς, καὶ πείθεσθαι τοῖς ἄρχουσι, μέγα δὲ καὶ εἰς τοῦτο συμβάλλεται, ὅτι ὁρῶσι τοὺς πρεσβυτέρους καὶ πειθομένους τοῖς ἄρχουσιν ἰσχυρῶς.

Διδάσκουσι δὲ καὶ ἐγκρατεῖς εἶναι γαστρὸς καὶ ποτοῦ, μέγα δὲ καὶ εἰς τοῦτο συμβάλλεται, ὅτι ὁρῶσι τοὺς πρεσβυτέρους οὐ πρόσθεν ἀπιόντας γαστρὸς ἕνεκα, πρὶν ἂν ἀφῶσιν οἱ ἄρχοντες, καὶ ὅτι οὐ παρὰ μητρὶ σιτοῦνται οἱ παῖδες, ἀλλὰ παρὰ τῷ διδασκάλῳ, ὅταν οἱ ἄρχοντες σημήνωσι. φέρονται δὲ οἴκοθεν, σῖτα

μὲν, ἄρτους: ὄψον δὲ, κάρδαμον: πιεῖν δὲ ἤν τις διψῇ, κώθωνα, ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρύσασθαι. Εἰ δέ τις αὐτοὺς οἴεται, ἢ ἐσθίειν ἀηδῶς, ὅτι κάρδαμον μόνον ἔχωσιν ἐπὶ τῷ σίτῳ: ἢ πίνειν ἀηδῶς, ὅταν ὕδωρ πίνωσιν, ἀναμνησθήτω, πῶς ἡδὺ μὲν μᾶζα καὶ ἄρτος πεινῶντι φαγεῖν, πῶς δὲ ἡδὺ ὕδωρ, διψῶντι πιεῖν.

QVORVM VERBORVM
*hæc eſt ſententia.*

PVERI itaq; miſſi à parẽtibus in ludum, in diſcenda iuſtitia toti occupantur: neq; enim infrequentiores ibi puerorum eſſe cœtus dicuntur, quàm noſtrorum hominum primas literas in ſcholis diſcentium. Magiſtri autem puerorum in dirimendis ipſorũ litibus bonam diei partem conſumunt: non minus enim inter pueros, quàm inter adultos, de furto, de rapinis, de iniuria, de inſidijs, de cõuicijs, & de ſimilibus,

bus, ut fieri ſolet, criminibus contro-
uerſię oriũtur. Quod ſi quẽ in horũ
aliquo deliquiſſe deprehenderint, eũ
pœna adficiũt, neq; calumnias aut de
lationẽ falſam impunitã eſſe ſinũt, ma
ximum aũt illi delicto ſuppliciũ con-
ſtituũt, q̊d diſſolutis amicitijs odiorũ
cauſſas inter hoĩes excitat. Neq; ſanè
in minimis habent culpã ingratitudi
nis, nam ſi cui facultas remunerandi
officij fuit, eã q; nõ arripuiſſe uiſus eſt
in eum exq̃ſito pœnę genere animad
uertunt. perſuaſiſſimũ. n. illis eſt, ho-
mines ingratos et deorũ, et parentũ, et
patrię, atq; amicorũ omnẽ planè cogi
tationẽ & curã abieciſſe. cõcomitari
aũt ingratitudinẽ ſolet, etiã impuden
tia, quę quidẽ ad omne turpe facinus
dux & auctor eſſe phibetur. Docẽt
itẽ pueros temperantiã, plurimũ aũt
ad id ſtudiũ confert exemplũ ſenum,
q̃s totos dies intuẽtur ſobrie tẽperan
terq; uiuere. Tradũt deinceps ipſis p̃-
cepta obediẽdi magiſtratib. neq; ſanè

paruum ad eam rem momentum ad
fert, quòd ſenes ipſos uident ſumma
obſeruantia magiſtratibus parere.

Poſtremo continentiam tam in ci-
bo, quàm in potu exercēt, maximeq́ꝫ
eam diſciplinam promouet, primum
quod ſeniores cernunt nō prius uen-
tris explendi cauſa abire, quàm ſint à
ſuperioribus dimiſſi: deinde quod
non in matrum ædibus, ſed apud prę
ceptores cibum pueri capiunt, idq́ꝫ
uoluntate atqꝫ conceſſu ſenum. Ipſi
autem domo ſecum efferunt in cibū,
panes: in obſonium, naſturtium. & ſi
quis bibere ſiti cogatur, ad aquam è
profluēte hauriendam, poculum ad-
portat. Quod ſi quis ipſos arbitre-
tur, aut ueſci iniucūdius, quòd ad pa-
nem nihil præter naſturtium adhibe-
ant: aut iniucundius bibere, quod a-
quā potent: is ita ſecū cogitet, quàm
dulcis ſit panis ater & cibarius ei, qui
eſuriens edat: quamq́ꝫ grata & iucun
da aqua, ſi quis bibat ſitiens.

Οἱ παῖ-

οἱ παῖδες. παῖδες φοιτῶντες:)

Articulos, participia, nomina adiectiua ſuis ſubſtantiuis genere, numero, & caſu reſpondere, notum eſt, & eam præceptionem ideo in regulis omiſimus. Puerum enim cui Græcam linguã tradimus, in Latinis præceptis nonnihil uolumus eſſe exercitatum, ut peruulgata illa teneat maxime͂ communia, quale hoc eſt, quod iam diximus. illam autem rationem interdum à Poetis uariari, interdum figura immutari, ex prima iam regula de adiectiuis diſcere poterit.

οἱ μὲν δὴ παῖδες:)

μὲν δὴ antecedunt orationem, 38. & ex ſuperiore ſententia aliquid inferunt.

εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶντες:)

Participium φοιτῶντες regit accuſatiuum cum præpoſitione, εἰς τὰ διδασκαλεῖα, quia ſignificat motum ad locum. Pueri adſuefaciendi ſunt, ut nõ tantum regulas recitare ſciant,

ſed ut ad præcepta ipſam orationem, quæ à magiſtro præponitur, hoc mo applicare diſcant.

διάγουσι μανθάνοντες δικαιοσύνην:)

Senſus eſt, pueri agunt diſcentes iuſtitiam, id eſt, pueri in diſcenda iuſtitia occupantur. Verbum διάγουσι regit à fronte nominatiuum, οἱ παῖδες, quia perſonale eſt. 7. Deinde alterum à tergo, μανθάνοντες, quia uim habet uerbi ſubſtantiui, modumq; ſignificat. 8 Poſtremo accuſatiuum δικαιοσύνην, quia actionē ſignificat. 10.

διάγουσι καὶ λέγουσι:)

Coniunctio, καὶ, uerbum uerbo cōiungit, eodem modo & tempore.

ὧδε εἰς τοῦτο ἔρχονται:)

Accuſatiuus cum præpoſitione eſt uerbi ſignificantis motum ad aliquid. 12. uel ad rem, ſi intelligas εἰς τοῦτο, id eſt, ὧδε τὸ μανθάνειν δικαιοσύνην: uel ad locum, ſi interpreteris, εἰς τὸ διδασκαλεῖον.

παρ᾽ ἡμῖν:)

Apud

Apud nos. παρὰ cum datiuo, reſ animatæ. 33.

οἱ τὰ γράμματα μαθησόμενοι:)

Participium regit caſum ſui uerbi, accuſatiuum, quia tranſitiuum eſt. De accuſatiuo horum uerborum, niſi admonitionis egeat, amplius non dicemus.

οἱ δὲ ἄρχοντες αὐτοῦ:)

Subſtantiua hic ſunt duo rerum diuerſarum, quorum alterum genitiui caſus eſt, αὐτοῦ. Relatiua enim pro ſubſtantiuis, quorum locum occupant, reputari ſolent, αὐτοῦ, αὐτί τοῦ, παίδων. Subſtantiua autem omnia aut eodẽ caſu locantur, aut diuerſo. Eodem, cũ res eaſdẽ ſignificant, hoc eſt, cum nomen proprium adiungitur ſuo communi, ut urbs Roma: id tamen apud Græcos uariatur, ut prima regula docuimus. 1. Diuerſo, cũ ſignificant res diuerſas, ut cum dicimus, φίλων ἀρετὴ, πολιτῶν εὔνοια, τοῦ αὐτοῦ ἄρχοντος φρόνησις, ſunt optimi cuſtodes

principum. Hoc poſtremum, in præ-
ceptis non monuimus, nemini enim
putauimus eſſe ignotum.

διατελοῦσι τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας: )

Multum diei, id eſt, bonam diei partem, τὴν πλείστην ἡμέραν. Adiectiua caſum nominis ſubſtãtiui ſibi reſpondentem permutant eleganter genitiuo, & neutro genere, ut docet ſecunda de adiectiuis regula. 2. Hoc imitati ſunt Latini. Ouid.

*Quantum animis erroris ineſt?*

id eſt, quanti errores inſunt. ita dicimus, plurimum laboris requiritur ad profectum, id eſt, plurimus labor.

δικάζοντες αὐτοῖς: )

Ius dicentes ipſis. Participium poſt ſe habet datiuum communem. 20. proprius enim caſus uerborum iudicandi genitiuus eſt, ut paulo pôſt, δικάζονται ἀχαρισίας. 9.

γίγνεται γὰρ δὴ καὶ παισί: )

Oritur pueris, uel inter pueros. Verbum γίγνεται cum datiuo, inter imperſonalia



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-143071-p0098-0

ſonalia numerauimus.18.

πρὸς ἀλλήλους:)

πρὸς cum accuſatiuo inter cætera ſignificat contentionem, ut πρὸς κέντρον, contra ſtimulum. 32. πρὸς ἀλλήλους reddere ad uerbum non poſſumus, dicimus autem mutuo, uel inuicem, uel inter ſe. Terent. Video inter ſe amare, φιλεῖν πρὸς ἀλλήλους.

γίγνεται ἐγκλήματα τῆς κλοπῆς:)

Naſcuntur controuerſiæ furti, pro γίγνονται. Nominatiuus pluralis conſtruitur cum uerbo ſingulari uſitato more Græcorum 12. Sunt præterea duo ſubſtantiua hic res diuerſas notantia, quorum alterum genitiui caſus eſt, κλοπῆς.

καὶ ἄλλων οἵων:)

Duo adiectiua, quorum alterum ſubſtantiuè ponitur, relato priore uerbo ἐγκλημάτων, quæ conueniunt genere neutro, caſu genitiuo, plurali numero.

εἰκός:)

Poni-

Ponitur, ut dicunt, ὑλικῶς materialiter. & eſt ἐλλειπτικόν, pro ὡς εἰκός, ut ſolet, ut par eſt. ὃς δ᾽ ἂν γνῶσι:)

Verbum γνῶσι à fronte nominatiuum, ſed qui ſenſu percipitur. 7. à tergo accuſatiuum habet.

τούτων τι ἀδικοῦντας:)

Participij ἀδικοῦντας, notus caſus eſt, ſed adiectiuum τι genitiuo iungitur, quia ſignificat partitionem, ut de caſibus adiectiuorũ expoſuimus. 4. Obſeruandum quoq; hoc loco illud eſt, Græcos uti participijs loco infinitiuorum, τούτων τι ἀδικοῦντας, pro τούτων τι ἀδικεῖσθαι. 20. Non autem ſatis eſſe debet præceptori grammaticam loquendi rationem probaſſe regula aliqua, uerumetiam utriusq; linguæ proprietas & elegantia exponenda eſt. & qui longius progredi cupiunt pueri, τοὺς ἰδιωτισμοὺς annotare & memoriæ mandare debent.

τιμωροῦντες:)

Hoc uerbum eſt ſine caſu poſitum, quod

quod Græcis frequens, ſubintelligi-
tur autem hoc modo, οὓς δ᾽ ἂν γνῶσι τού-
των τι ἀδικοῦντας, τιμωροῦνται, id eſt, τούτους
τιμωροῦνται, οὓς γνῶσιν &c. Hoc fit, cum
articulus poſtpoſitiuus conuertitur
in oratione, atq; preponitur. quod ut
exactius intelligas, uide exemplũ in
ipſo præcepto 22. meminit eiuſdẽ de
Syntaxi Priſcianus. Tale eſt, quod
proxime apud Xenophontẽ ſeqtur,
κολάζουσι δὲ καὶ οὓς ἂν ἀδίκως ἐγκαλοῦντας,
εὑρίσκωσι. Ad ſequentia igitur per-
gamus.

δικάζουσι δὲ ἐγκλήματος:)

Δικάζουσι genitiuum habet caſum
propriũ: nam uerbum eſt iudiciorũ. 9

οὗ ἕνεκα:)

ἕνεκα inter ea aduerbia recẽſuimus,
quæ genitiuo gaudent. 24. & geniti-
uo plærunq; poſtponitur, ut φυλακῆς
ἕνεκα, & τοῦ ἐθίζεσθαι ἕνεκα.

ἄνθρωποι μισοῦσιν ἀλλήλους μά-
λιστα:)

Verbũ μισοῦσιν notos utrinq; caſus
habet,

habet, et aduerbio etiam augetur eius ſignificatio. μάλιστα maxima pro maxime, neutrum adiectiuum loco aduerbij. 3. Sic πρῶτα, pro primum.

Lucretius.

*Prima leo, poſtrema draco.* *item Terent.*
*Hodie prima dedit.* *pro primò.*

δικάζουσι δὲ οὐχ ἥκιστα ἀχαριστίας: )

Non minima, id eſt, non minimũ uindicant, hoc eſt, grauiter ſeuereq́; puniunt ingratitudinem. Aduerbiorum alterũ declarat alterum. Genus loquendi mutuatus xiiij. ad Att. Cicero, Nosq́; cum multum literæ, tum non minimum Idus quoq; Martiæ conſolentur. De caſu proprio uerbi δικάζουσι iam diximus. 46.

δυνάμενον μὲν χάριν ἀποδιδόναι: )

Infinitiuus gaudet appoſitione nominis adiectiui, de quo locis aliquot in præceptis annotauimus. 2. & 19. mille ſunt apud Latinos poetas exẽpla, maxime tamen apud Horatium.

μὴ ἀποδιδόντα δὲ: )

Hoc obſeruationis eſt, μὲν & δὲ, mutuo ſe in orationis contextu cõſequi.

κολάζουσιν τοῦτον ἰσχυρῶς:)

Notus eſt uerbi caſus, cui additur aduerbium, quod hoc loco non qualitatem, ſed quantitatẽ ſignificat. ἰσχυρῶς fortiter, id eſt, magna & graui pœna.

οἴονται γὰρ τοὺς ἀχαιοὺς ἀμελῶς ἔχειν:)

Bina hic uerba ſunt, quorum alterum modi eſt infinitiui: infinitiuum ipſum præcedit accuſatiuus, qui per nominatiuum reſoluitur, τοὺς ἀχαιοὺς ἔχειν, id eſt, ὅτι ἔχωσιν οἱ ἀχαιοί. eſt enim proprius à fronte caſus: 8. Poſtremo expoſitionis loco additur aduerbium, id quod in hoc genere loquendi eſt neceſſariũ. Nam cum ἔχειν uerbum ad utroſq; & animi & corporis habitus referatur, addito aduerbio diſtinguitur, ut cum dico, μαλακῶς ἔχω, oſtendo corporis imbecillitatem, ἀμελῶς ἔχω, declaro animi diſſolutionem, & ſecuritatem peruerſam.

καὶ περὶ θεοὺς αὖ μάλιστα:)

περὶ cum accuſatiuo ſignificat affectionem atque habitum 35. Ita ſequitur καὶ περὶ γονέας, καὶ πατρίδα, καὶ φίλους.

ἐπειδὴ δὲ δοκεῖ μάλιστα τῇ ἀχαριστίᾳ, ἡ ἀναισχυντία:)

In hac ſententia quæ aperta ſunt, omittemus, contenti illud admonuiſſe, ſequendi uerba cum genitiuo uſitate conſtrui, 9. ἕπεσθαι τῇ ἀχαριστίᾳ, ſequitur ingratitudinem. Cicero in libris philoſophicis aliquoties cum datiuo utitur, Græcos imitatus.

καὶ γὰρ αὕτη μεγίστη δοκεῖ εἶν ἡγεμών:)

καὶ γὰρ antecedit orationem, ut etenim apud Latinos. Verbū δοκεῖ duplicem regit nominatiuum, αὕτη, à frōte, quoniam perſonale eſt: μεγίστη ἡγεμὼν, à tergo, quia uim ſubſtantiui uerbi habet: poſtrema duo nomina cōueniunt caſu & numero, & genere fœminino. Ita Cicero in Catone maiore, naturam optimam recte uiuendi

ducem

ducem appellauit. Vergil. 1. Aen.
*dux fœmina facti.*

ἐπὶ πάντα τὰ αἰσχρά:)

Ad omnem turpitudinem. ἐπὶ motum ad aliquid cum hoc caſu ſignificat. 34.

διδάσκουσι καὶ τοὺς παῖδας τὴν σωφροσύνην:)

Verbum διδάσκουσι geminum regit accuſatiuum alterum perſonæ, τοὺς παῖδας: alterum rei, σωφροσύνην. 16.

μέγα δὲ συμβάλλεται:)

μέγα aduerbialiter, multum conducit, ualde prodeſt, & nota quantitatẽ continuatam pro diſterminata poni.

εἰς τὸ μανθάνειν σωφρονεῖν αὐτούς:)

Ad docendum ipſos temperantiã, ad temperantiæ ſtudiũ. Tota oratio Græca eſt, εἰς τὸ μανθάνειν αὐτούς, infinitiuus poſitus loco gerũdij in DVM ad docere ipſos. i. ad docendũ. 19. Deinde εἰς τὸ μανθάνειν σωφρονεῖν, ad docere tẽperare uel moderari, id eſt, ad docendã temperantiã uel modeſtiã. infinitiuus enim quãdo ſubijcitur uerbo

tan-

tanquam caſus, etiam pro nomine re putatur. 19.

ὅτι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ὁρῶσιν σωφρό-νως διάγοντας:)

Participium loco infinitiui, pro eo quod eſt, ὅτι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ὁρῶσιν διάγειν. 20. de quo antea quoque dictū eſt. 45. Paulo poſt, ὁρῶσιν πειθομένους, pro πείθεσθαι.

ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν:)

Per totum diem: inter enim cætera ſignificata tempus ſignificat hæc prę poſitio. 28.

Διδάσκουσι δὲ καὶ αὐτοὺς καὶ πείθεσθαι τοῖς ἄρχουσι:)

Docent ipſos parere, id eſt, docent obedientiam, ὑπακοὴν. rurſus infini-tiuus pro caſu ſubijcitur. πείθεσθαι τοῖς ἄρχουσι. Verborum parendi eſt caſus proprius, ipſe datiuus. 10.

διδάσκουσι δὲ καὶ ἐγκρατεῖς εἶναι γαστρὸς καὶ ποτοῦ:)

Continentes eſſe cibi & potionis. Adiectiua quæ ad cupiditatē referri

poſſunt,

poſſunt, uel eius contrarium, genitiuum poſtulant. 4. Hic per aliquot uerſus eadem dicuntur, quę repetere non eſt neceſſe, in transferendo autē nos uarie diximus, quæ Xenophon eodem modo.

οὐ πρόσθεν ἀπίοντας γαστρὸς ἕνεκα, πρὶν ἂν ἀφῶσιν οἱ ἄρχοντες: )

Nihil hic eſt, de quo nō antea quoque ſit annotatū aliquid. Hoc ad elegantiæ obſeruationem pertinet, et ad uſum particularum, reſpondere in oratione, & mutuo connecti, πρόσθεν & πρὶν. & eadem τμήσει apud Latinos utitur Cicero, ut ad Appiū, Prius ut te conueniam, quàm decedas, pro priusquam. & ad Atticum, Antè puto transmiſſurum, quàm potuerit conueniri, pro antequàm.

καὶ ὅτι οὐ παρὰ μητρὶ σιτοῦνται οἱ παῖδες, ἀλλὰ παρὰ τῷ διδασκάλῳ: )

παρὰ cum datiuo uicinitatem ſignificat, idemq; datiuus rei eſt animatæ,
53. ut apud matrem, apud præcepto-

rem. Cætera nota ſunt.

φέροντες δὲ οἴκοθεν, σῖτα μὲν, ἄρτους: )

Aduerbij adiectio uerbum expo=nit. φέροντες σῖτα ἄρτους. Ferunt cibum, panem. duplex accuſatiuus rei, quo=rum alter per appoſitionem, ut uocãt Grammatici, eſt adiectus. Eadem ra=tio eſt ſi addo duplicem accuſatiuum perſonæ, παύω ἐμὲ βλασφημοῦντα & ἀπο κωλύω σὲ προσδραμοῦντα: fit enim id ex=plicandi gratia.

πιεῖν δὲ ἤν τις διψῇ, κώθωνα: )

Intelligitur φέρει. Figura ab Aſconio Pædiano dicitur ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, cum ab uno uerbo plures ſentẽtię dependẽt eſtq́ꝫ ſpecies τοῦ ζεύγματος. Diximus uer bum quod cum infinitiuo ponitur fe rè cupiditatẽ ſignificare. 18. ut & hoc loco πιεῖν διψῇ, ſitiat bibere, id eſt, ſiti cogatur bibere.

ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρύσασθαι: )

Obſeruationis & hoc eſt, ὡς & ὥστε iungi infinitiuis: ſed nos per alium id modum enuntiamus, ut hauriant de

flumine

flumine aquam, uel ad hauriendam aquam de profluẽte. Sed uniuerſum particularũ uſum, quia uarius lateq́ꝫ patens eſt, relinquimus curæ præceptorum in admonẽdo, & in annotando colligendoq́ꝫ adoleſcentũ diligentiæ. ἀπὸ ποταμοῦ ἀρύσασθαι dixit, quo modo etiam dicimus, ἀπὸ δένδρου κρέμειν, de arbore ſuſpendere: ſignificat enim de loco, aut de re, ut ἀπὸ συμβόλων δειπνεῖν, de ſymbolis eſſe, ut loquit̃ Terentius. ἀπὸ τῶν ὀλίγων ζῆν, exiguo uiuere. ut Claud. *Viuitur exiguo melius.*

Plura de hoc in præceptis. 26.

εἰ δέ τις αὐτοὺς οἴεται, ἢ ἐσθίειν.)

Accuſatiuus, αὐτοὺς, regitur à uerbo ἐσθίειν, à fronte, quoniã infinitiui modi eſt. 8. ὅτι κάρδαμον μόνον.)

μόνον aduerbialiter, declarãdi enim nominis cauſſa adhibetur.

ἔχωσιν πρὸς τὸν σῖτον.)

Adhibeant ad panẽ. πρὸς enim inter cætera adiectionem ſignificat. 34.

ἢ πίνειν ἀηδῶς.)

Coniunctio diſtinctiua bis poſita: de quo in præceptis. 38. Aduerbiũ uerbo additum hocloco oſtendit modum, bibere iniucunde.

ὅταν ὕδωρ πίνωσιν:)

Verba abſoluta uel neutra interdum regunt accuſatiuum, ſed actus ſui. 13.

ἀναμνησθήτω, πῶς ἡδύ μάζα καὶ ἄρτος:)

Adiectiua neutra modo cum maſculinis coniunguntur, ut ἡδὺ ἄρτος, & Verg.

*Triſte lupus ſtabulis.*

Modo cum fœminis, ut ἡδὺ μάζα.

Tibul.

*Nec forma æternum.* 3.

Rectum eſt, quod ſequitur, πῶς δὲ ἡδὺ ὕδωρ, διψῶντι πιεῖν.

MENANDER DE INDIGNO
*bonorum uirorum contemptu.*

ὅτις προσελθὼν μοὶ θεῶν λόγοι κρατῶν,

ἐπαὶ

ἐπὰν ἀποθάνῃς αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσῃ,
ἔσῃ δ' ὅτι ἂν βούλῃ· κύων, πρόβατον, τράγος,
ἄνθρωπος, ἵππος, διαβιῶναι γάρ σε δεῖ,
εἱμαρμένον τοῦτ' ἐστὶ, ὅτι βούλει δ' ἑλοῦ.
ἅπαντα μᾶλλον εὐθὺς εἰπεῖν ἂν δοκῶ
ποίει με, πλὴν ἄνθρωπον, ἀδίκως εὐτυχεῖ,
κακῶς τε πράττει, τοῦτο τὸ ζῶον μόνον.
ὁ κράτιστος ἵππος ἐπιμελεστέραν ἔχει
ἑτέρου θεραπείαν. ἀγαθὸς δ' ἂν γένῃ κύων,
ἐντιμότερος εἶ τοῦ κακοῦ κυνὸς πολύ.
ἀλεκτρυὼν γενναῖος ἐν ἑτέρᾳ τροφῇ
ἐστιν. ὁ δ' ἀγεννὴς καὶ δέδιε τὸν κρείττονα.
ἄνθρωπος ἐὰν ᾖ χρηστὸς, εὐγενὴς, σφόδρα
γενναῖος, οὐδὲν ὄφελος ἐν τῷ νῦν γένει.
πράττει δ' ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων, δεύτερος
ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτα λέγει.
ὄνον γενέσθαι κρεῖττον, ἢ τοὺς χείρονας
ὁρᾶν ἑαυτοῦ ζῶντας ἐπιφανέστερον.

## Quos uerſus ita interpretati ſumus.

*Si quis potens mihi Deorum diceret*
*Hunc mortuus rurſum intueberis diem,*
*Eriſq; quod uoles, equus, hircus, aut ouis,*

*Aut homo, caniſue: nam te oportet uiuere*
*Fato imperante, tu quod optes, elige.*
*Reſponſum hoc illi eram daturus oppido,*
*Me quid uis eſſe potius quàm hominem iube,*
*Bonis maliſq; ſolum hoc animal omnium*
*Certis, rotatur ſortis incerta uice.*
*Equus optimus meliore ſeruorum manu*
*Curatur alio: ſi canis es natus bonus*
*Malum canem anteis pretij magnitudine:*
*Gallus generoſus lautiores eſt cibos,*
*Præſtantiorem ſe quoq; imbellis timet.*
*At homo licet ſit bonus, excellens, nobilis,*
*Hoc tempore nihil eſt, atq; contemptus iacet.*
*Quæſtus paraſiti primum uberrimus, dehinc*
*Sycophantæ, locus eſt fraudulenti tertius.*
*Aſinum eſſe præſtat, quàm leues & improbos*
*Teipſo uidere digniores uiuere.*

εἴτις προσελθὼν μοὶ θεῶν λέγοι κρατῶν:)

Ordo eſt, εἴτις θεῶν κρατῶν λέγοι μοὶ προσελθὼν. Prima oratio cum genitiuo eſt partitiua: Si quis potẽs deorũ, id eſt, potens ex dijs uel inter deos. 4. λέγοι μοὶ, notus & uulgaris caſus. Relinquitur προσελθὼν, quod comice eſt additum. ita Teren.

*Quod dedit principium adueniens?*

quaſi

quaſi dicat, in ſermonis initio.

ἐπὰν ἀποθάνῃς:)

Pro ἐπ' ἂν ἀποθάνῃς, poſtquam mortuus fueris. Hæc enim particula coniunctiui modi eſt: id quod ad obſeruationes pertinet.

αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσῃ:)

Præpoſitio ἐξ motum de re ſignificat. 25. ab initio eris, hoc eſt, idem rurſus eris, qui fueras antea.

ἔσῃ δ' ὅτι ἂν βούλῃ κυών:)

Verbum ἔσῃ à fronte nominatiuũ habet, ſed uerbo nõ expreſſum, à tergo alterum nominatiuum, quia ſubſtantiuum eſt. σὺ ἔσῃ κυών.

διαβιῶναι γάρ σε δεῖ:)

σὲ accuſatiuus regitur à fronte uerbi infinitiui modi. 8. quod uerbũ deinceps cum alio conſtruitur.

εἱμαρμένον τοῦτ' ἐστί:)

τοῦτο, nempe διαβιῶναι σέ, nominatiuus à fronte, cui alter quoq; propter uerbũ ſubſtantiuũ ſubijcit̃ à tergo. 8.

ὅτι βούλει δ' ἐλθοῦ:)

Verbum ἐλῶ habet accuſatiuum, quia tranſitiuum.

ἅπαντα μᾶλλον πόει μὲ, πλὴν ἄνθρωπον:)

Quiduis potius me fac, quàm hominem. πόει με ἄνθρωπον, gemini accuſatiui, quorum alter appoſitionis eſt. 49. μᾶλλον πλὴν, in oratione reſpondere, eſt in libello obſeruationũ annotandum. πλὴν communiter cum genitiuo conſtruitur. 24. ſed & alios caſus admittit, ut nominatiuum, & hoc loco accuſatiuum.

ἀδίκως δυστυχεῖ κακῶς τε πράττει:)

Aduerbia declarant atq; exponũt ſignificationes uerborum, quibus adponuntur.

τοῦτο τὸ ζῶον μόνον:)

Articulus τὸ demonſtrandi uim habet, & ad emphaſim facit. deinde in omnibus, quibus debet, accidẽtibus cum nomine ſubſtantiuo conuenit.

ὁ κράτιστος ἵππος ἐπιμελεστέραν ἔχει ἑτέρου θεραπείαν:)

Ver-

Verbum ἔχει nominatiuum regit à fronte: accuſatiuum à tergo, notas ob cauſſas. Poſtea duorum ſubſtantiuorum alterum eſt genitiui caſus, θεραπείαν ἑτέρου, id eſt, ἵππου. quamuis autem ἑτέρου ſubſtantiuum non ſit, tamē propter relationem, ſubſtantiui loco ponitur, ut in priore Xenophonteo exemplo etiam annotauimus. 44.

ἐντιμότερος εἶ τοῦ κακοῦ κυνὸς πολύ:)

πολὺ intendit ſignificationem comparatiui, qui cum genitiuo ſingulari conſtruitur

ἀλεκτρύων γεννᾶος ἐν ἑτέρᾳ τροφῇ ἐστί:)

In alio cibo eſt, hoc eſt, meliore. caſus prepoſitionis unicus et proprius. Eodem penè modo Laberius,

*Ne in re bona eſſe uideam nequam filium.*

Significat enim apud Grecos cum datiuo στάσιν τοῦ πράγματος, ut hoc loco. 27.

ὅδ' ἀγεννὴς καὶ δέδιε τὸν κρείττονα:)

Duplex uerbi δέδιε caſus, prior nominat

minat eum qui timet, alter oſtendit eum, qui timetur.

σφόδρα γενναῖος:)

Aduerbium declarat nomen, ualde uel adprime generoſus. 23.

οὐδὲν ὄφελος:)

Ad uerbum ſignificat, nihil utile, & intelligitur uerbum δεῖ. diximus enim non modo caſus, ſed & uerba omitti, id quod maxime uſitatum poetis. Nihil utile, pro non eſt utilis. neutrũ genus pro maſculino, comica dicendi figura. Apud Terentium Geta de hero ſuo Antiphõe dicit, in Phor.

*Hoc nihil eſt. Phædria ilicet.*

Id eſt, ô Phædria, hic Antipho nullus eſt, inanem ſumimus operam, res deſperata eſt. De hoc et ſimilibus plura breui in caſtigationibus noſtris, in ipſum Terentium.

ἐν τῇ νῦν γενέᾳ:)

Hoc tempore, his hominum moribus, ἐν τῇ γενέᾳ παρόντι. Articuli prępoſiti alijs orationis partibus ea in nomi

na

na mutãt, ut in p̄ceptis docuimus. 21:
πράττει δ' ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων:)

Aduerbia retinent caſus originis ſuæ. 24. nomina autem neutra loco aduerbiorum ponuntur. 3. De genere loquendi etiam in ſuperiore exemplo nõnihil diximus. Talia ſunt quæ ſequuntur, δεύτερα ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτα λέγει.

ὄνου γενέσθαι κρεῖττον, ἤ:)

γενέσθαι regit accuſatiuum à tergo. κρεῖττον autem quia comparationem ſignificat, elegãter poſt ſe habet, ἢ particulam. Teren. in Heau.

*Satius eſt, q̃ teipſo hærede hæc poſsidere Bacchidẽ.*

σοῦ χείρονας ὁρᾶν ζῶντας:)

Id eſt, σοῦ χείρονας ὁρᾶν ζῶ. Participium enim loco uerbi frequentiſſime ponitur. Vide in præceptis 20. in examinatione 45. & 48.

ἑαυτοῦ ἐπιφανέστερον:)

Splendidius uel honoratius teipſo. Aduerbium comparandi cum caſu comparatiuo.

Hæc

Hæc habui de conſecutione Græcæ orationis, & de exemplorum tractatione atq; obſeruatione præceptorum quæ dicerem, eaq́; ſpero profutura ſtudioſis ad utriusq; linguæ cognitionem. Quemadmodum autem Cicero ſcribit ſe ad utilitatem ſuam ſemper cum Græcis Latina coniunxiſſe & in philoſophia & in dicendi exercitatione: idem facere debent ij, qui profectum aliquem ex literis ſperant, cum talis uiri exemplo atq; auctoritate admoniti, tum ſuis quoq; ipſi utilitatibus incenſi.

FINIS.

# DE VERBIS ANOMALIS.

INFLExionem temporum eorum uerborum, quæ communē formam non ſequuntur, hoc loco adiecimus: in quibus annotandis tantum poſuimus ſimplicia. Qui enim tenet tempora uerbi γινώσκω aut αἱροῦμαι, is etiam in ἀναγινώσκω & διαιροῦμαι facile formare poteſt, & in alijs eodem modo. Oblato igitur compoſito ad ſimplex eius confugiēdum eſt, id ſecundum numerum literarum facilimum inuentu erit.

## A

Αγαμαι, miror. F. ἀγάσομαι. Ind. æ. ἠγάσθην. Ind. medium, ἠγασάμην, ab inuſitato actiuo ἄγυμι.

Αγνυμι, frango. F. ἄξω, ab ἄγω. Perf. med. ἦγα uel ἔαγα. Ind. α. ἦξα uel ἔαξα. unde ſunt κατέαγα καὶ κατέαξα.

Αγορεύω, concionor. F. ἀγορεύσω. Indefi. α. ἠγόρευσα. Perfect. εἴρηκα, ab εἴρω.

Αγω, ago. F. ἄξω. Ind. β. ἦγον uel Attice ἤγαγον. Perf. ἦχα uel ἀγήοχα.

Αδω, cano. F. ἄσω. Ind. α. ἦσα.

Αζω, ſicco. Ind. ἄσθην uel ἀάσθην.

Αἱροῦμαι, eligo. F. αἱρήσομαι. Perf. ᾕρημαι. Ind. α. ἡρέθην. Ind. β. med. εἱλόμην ab ἕλομαι.

Αἱρῶ, capio. F. αἱρήσω. Ind. α. εἷλον.

Αἰσθάνομαι, ſentio. F. αἰσθήσομαι. Perf. ᾔσθημαι. Ind. β. med. ᾐσθόμην, ab inuſitato uerbo αἰσθέομαι.

Αλέξω, opitulor. Futur. ἀλεξήσω, ab ἀλεξέω.

Αλίσκομαι, capior. F. ἁλώσομαι. Ind. β. ἥλων, et ἑάλων, à uerbo ἁλόω, unde eſt participium ἁλοὺς, όντος.

Αμαρτάνω, pecco. Imperf. ἡμάρτανον. F. ἁμαρτήσω, ab ἁμαρτέω. Perf. ἡμάρτηκα.

τηκα. Ind. β. ἥμαρτον.

Αμφίεμι uel Αμφιέννυμι, induo. F. ἀμφιέσω. Perf. paſſi. ἠμφίεσμαι.

Ανοίγω, aperio. F. ἀνοίξω. Ind. α. ἀνέῳξα. Perf. med. ἀνέῳγα. paſſi. ἀνέῳγμαι. Ind. β. ἀνεῴχθην.

Απαυράω ῶ. Ind. α. ἀπηῦρα.

Απεχθαίνομαι, odi. Fut. ἀπεχθήσομαι. Perf. ἀπήχθημαι. Ind. β. med. ἀπηχθόμην, ab inuſitato ἀπεχθέομαι.

Απολέω, ῶ, perdo, uel ἀπολλύω. F. ἀπολέσω. Perf. ἀπώλεκα, uel Attice ἀπολώλεκα. Perf. med. ἀπῶλα uel ἀπόλωλα. Ind. β. ἀπωλόμην, à uerbo inuſitato ἀπόλλω.

Απόχρη, ſufficit. impersonale. F. ἀποχρήσει.

Αποτέμνω, ab ſcindo. F. ἀποτεμῶ & ἀποτμήσω. Ind. β. ἀπέτεμον.

Αρέσκομαι, placeo, F. ἀρέσομαι, ab antiquo ἀρέω.

Ατίζω, contemno, F. ἀτίξω.

Αὐξαίνω uel αὔξω. F. αὐξήσω, quaſi uerbum eſſet αὐξέω. Ind. α. ηὔξηκα.

Αχθομαι

Αχθομαι, doleo. F. ἀχθήσομαι. Ind. α. ἠχθέσθην, ab ἀχθέομαι.

Αχω, inuſitatum lædo. Perf. ἤκαχα.

# B

Βαίνω, uado. F. βήσομαι. Perf. βέβηκα. Ind. α. ἔβην, à uerbo inuſitato βῆμι.

Βάλλω, iacio. F. βαλῶ. Ind. ἔβαλον. Perfect. βέβληκα.

Βιβρώσκω, edo. F. βρώσω, à βρόω.

Βιόω, uiuo. F. βιώσω. Ind. β. ἔβιον. Particip. ὁ βιὺς, ab inuſitato βίωμαι.

Βλαςαίνω, produco. F. βλαςήσω. Ind. ἔβλαςον, ab antiquo βλαςέω.

Βόω, clamo. F. βώσω.

Βούλομαι, uolo. F. βουλήσομαι. Perf. βεβούλημαι, ἐβεβουλήμην, à βουλέομαι.

# Γ

Γαμέω, nubo. F. γαμήσω. Ind. α. ἔγημα, quaſi à uerbo γήμω.

Γείνομαι, fio uel gignor. F. γενοῦμαι.

Ind.

Ind.α.med.ἐγεινάμην.

Γηθέω, gaudeo. Perf. med. γέγηθα, à γήθω.

Γηράσκω, ætate prouehor, F. γηράσω, à γηράω.

Γίνομαι uel γίγνομαι, ſum. F. γενήσομαι, à uerbo γενέομαι. Perf. γεγένημαι; Perf. med. γέγονα, ab eo quod eſt γένω. Ind. α. & β. ἐγενησάμην & ἐγενόμην.

Γινώσκω, cognoſco. F. γνώσομαι. perfect. ἔγνωκα. Ind. β. ἔγνων, à γνόω. participium ὁ γνούς.

Γρηγορέω, uigilo. Perf. med. ἐγρήγορα, ἐγρηγόρειν.

## Δ

Δαίω, ſcio. F. δαήσω. Perf. paſſi. δέδασμαι, à uerbo δάζω, item δεδάημαι. Ind. β. ἐδάην, ab inuſitato δαέω. Perf. med. δέδηκα.

Δάκνω, mordeo. F. δήξω. Ind. β. ἔδακον, ab antiquo δήκω.

Δαρθάνω, dormio. F. δαρθήσομαι. Ind.

β. ἔδαρθον, uel poetice ἔδραθον, à uerbo
Δεῖ, oportet. F. δεήσει. Ind. ἐ- (δαρθῶ.
δέησε. Perf. ἔδει. Infinit. δεῖν.

Δείδω, timeo, poeticum. F. δείσω. Perf. δέδοικα. perf. med. δέδια.

Δεικνύω, monſtro. F. δείξω.

Δέομαι, rogo. F. δεήσομαι. perf. δεδέημαι. Ind. α. ἐδεήθην. à δεδέομαι.

Δέω, uincio. F. δέσω & δήσω. perf. paſſi. δέδεμαι. Ind. α. ἐδέθην.

Δέχομαι, accipio. F. δέξομαι. Perf. δέδεγμαι. Ind. β. ἐδεξάμην.

Διδάσκω, doceo. F. διδάξω. Ind. α. ἐδίδαξα, quaſi formarentur à διδάχω.

Διδράσκω, fugio. F. διδράσω, à διδράω. Ind. α. δίεδρα, & ἀποδιδράσκω, ἀπέδρα. Particip. ἀποδρὰς.

Δοκέω, adpareo. F. δοκήσω, & quod uſitatius eſt δόξω, ab antiquo δόκω. Ind. α. ἔδοξα. Præt. med. δεδόκηκα.

Δράω, facio. F. δράσω. perf. δέδρακα. Ind. α. δέδρασα.

Δυώω uel δύω, ſubſido. F. δύσω. Ind. β. ἔδυν. unde ἀνέδυν & κατέδυν, à δῦμι.

Εάω,

# E

Εάω, ſino. F. ἐάσω. Ind. α. εἴασα.

Εγείρω, excito. F. ἐγερῶ. Ind. α. ἤγειρα.

Εδραμον, uide τρέχω.

Εδω, edo. perf. ἦκα, uel ἔδηκα, uel ἐδή

Εζω, ſiſto. F. ἕσω. Ind. α. εἷσα. (δοκα.

Εθέλω, uolo. F. ἐθελήσω. Ind. ἠθέλησα.

Εἴδω, uideo. F. εἴσομαι uel εἰδήσω, à
uerbo εἰδέω: Ind. β. εἶδον uel poetice ἴ-
δον. perf. med. οἶδα. pluſq. ᾔδειν. Infi-
nit. εἰδέναι. Particip. ὁ εἰδὼς.

Εἶπα, dixi. Ind. α. ab inuſitato ἔπω,
unde particip. εἴπας. Ind. β. εἶπον.

Ελπω, ſpē facio. perf. med. ἦλπα uel

Εμμορα, uide μείρω. (ἔολπα.

Επαινέω, laudo. F. ἐπαινέσω. perf. ἐπή-
νεκα. Ind. ἐπήνεσα.

Ερδω, facio. F. ἕρξω.

Ερομαι, quæro. F. ἐρήσομαι. Ind. β. ἐρό

Εῤῥω, pereo. F. ἐῤῥήσω, ab ἐῤῥέω. (μην.

Ερχομαι, uenio. F. ἐλεύσομαι, à uerbo
ἐλεύθω. perf. med. ἤλυθα, et geminatiōe
Attica ἐλήλυθα. Ind. β. ἤλυθον uel ἦλθον.

Ερω, præcipio, obſoletũ. F. ἐρῶ. Per. εἴρηκα. Indefi. paſſi. ἐῤῥήθην.

Ευρίσκω, inuenio. F. εὑρήσω. Perf. εὕρηκα. in uoce paſſiua εὕρημαι. Ind. εὑρέθην. Ind. β. εὗρον, ab εὑρέω.

Εχω habeo. F. ἕξω & σχήσω. Perf. ἔσχηκα. Ind. β. ἔσχον. ab inuſitato σχέω.

Εω, eo. antiquum. F. εἴσω. Perf. εἶκα. Perf. med. εἶα. Pluſq. ἤειν.

## Z

Ζεύγνυμι, iungo. F. ζεύξω. à ζεύγω.

ζώννυμι, cingo. F. ζώσω, ab antiquo ζόω.

## H

ἤκαχε. Vide ἄχω.

ἠμύω, inclino. F. ἠμύσω.

## Θ

Θάπτω, ſepelio. F. θάψω. Ind. α. ἔθαψα. Ind. β. ἐτάφην.

θέλω, uolo. F. θελήσω. Ind. α. ἐθέλησα.

θνήσκω, morior. F. θανοῦμαι. perf. τέθνηκα,

θνῆκα, ab inuſitato θνάω. Ind. β. ἔθανον Perf. med. τέθνακα. Infinit. τεθναῦαι. Particip. τεθνεώς.

# I

Ικνοῦμαι, uenio. F. ἵξομαι. Ind. β. ἱκόμην. Perfect. ἷγμαι. ab ἵκομαι, quod in uſu non eſt.

ἱλάσκομαι, placo. F. ἱλάσομαι. Ind. α. med. ἱλασάμην, ab ἱλάω.

ἵπταμαι, uolo. F. πτήσομαι. Ind. β. ἔπτην. Ind. β. med. ἱπτάμην ἵπτασο καὶ ἵπτω.

# K

Καίω uel κάω, inflammo. F. καύσω. Ind. β. paſſi. ἐκάην.

Καθαιρέω, euerto. Ind. β. καθεῖλον, ἀ καθέλω.

Καθαίρω, purgo. Ind. α. ἐκάθηρα.

Καθέζω uel καθέζομαι, ſedeo. F. καθεδοῦμαι.

Κάθημαι, idem, uel καθίεμαι. F. καθήσομαι. Ind. α. καθῆκα.

Καλέω, uoco. F. καλέσω. perf. κέκληκα.

Κάμνω, uel κάμω, laboro. F. καμοῦμαι. Ind. β. ἔκαμον. Perf. κέκμηκα.

Κείρω, tondeo. F. κερῶ. Ind. α. ἔκειρα. perf. κέκαρκα.

Κεραννύω, miſceo. F. κεράσω. perfe. paſſi. κεκέραμαι, uel κέκραμαι.

Κλάζω, clango. F. κλάγξω. Inde. α. ἔκλαγξα, ab eo quod fuit κλάγγω. perf. κέκληκα.

Κλαίω uel κλάω, fleo. F. κλαύσω à κλάνω: item κλαιήσω, ab inuſitato κλαιέω.

Κορεννύω, ſaturo. Futur. κορέσω, à κορέω.

Κράζω, clamo. F. κράξω. Perf. κέκραχα. Perf. med. κέκραγα. Ind. β. ἔκραγον.

Κρεμάζω, pendeo. F. κρεμάσω, à κρεμάω.

Κρέμαμαι, idem. F. κρεμάσομαι.

Κρύπτω, abſcondo. F. κρύψω. Ind. β. paſſi. ἐκρύβην, à uerbo κρύβω, unde κρυβεὶς participium.

Λαγχά-

## Λ

Λαγχάνω, ſortior. F. κληρώσομαι, à κληρόω. Perf. med. λέλογχα. Ind. β. ἔλαχον, à uerbo λήχω.

Λαμβάνω, capio. F. λήψομαι. Aor. β. ἔλαβον, ab obſoleto λήβω. perf. λέλειφα & εἴληφα Attice.

Λανθάνω, lateo. F. λήσομαι. perf. med. λέληθα. Ind. β. ἔλαθον. Perf. paſſi, λέλησμαι. Ind. β. ἐλαθόμην, à uerbo λήθω.

Λείπω, linquo. F. λείψω. Ind. α. ἔλειψα. Ind. β. ἔλιπον.

## M

Μαίνομαι, inſanio, F. μανοῦμαι. Perf. med. μέμηνα. Ind. β. ἐμάνην.

Μανθάνω, diſco. F. μαθήσομαι, quaſi deduceretur à μαθέω. Perf. μεμάθηκα. Ind. β. ἔμαθον, à μήθω.

Μάχομαι, pugno. F. μαχοῦμαι uel μαχέσομαι, ab eo quod fuit μαχέομαι. Ind. α. med. ἐμαχεσάμην.

Μάω, curo, inuſitatum, inde perfe-

ctum medium μέμαα, & μεμαὼς parti
cipium.

μέιρω, diuido, etiam antiquitatum.
F. μερῶ. Perf. med. μέμορα, & poetice
ἔμμορα. perf. paſſi. εἵμαρμαι.

Μέλει, imperſonale, id eſt, curæ eſt.
F. μελήσει. perf. ἔμελε.

Μέλομαι, curo. F. μελήσω. perf. med.
μέμηλα, à uerbo μελέω.

Μέμνημαι, memini, perfectum à μνά
ομαι. plusq. ἐμεμνήμην. F. α. μνησθήσο
μαι. Ind. α. ἐμνήσθην.

Μένω, maneo, F. μενῶ. Ind. α. ἔμεινα.
perf. μεμένηκα, ab antiquo μενέω.

Μίγνυμι, miſceo, F. μίξω. Ind. α. ἐμί
γην, ab inuſitato μίγω.

Μιμνήσκω, redigo in memoriam, F.
μνήσω. Ind. β. ἐμνήσθην.

Μοργνύω, abſtergeo. F. μόρξω.

# N

Νέμω, diſtribuo, F. νεμῶ. perf. νενέμη
κα. Ind. α. ἔνειμα.

Νέω, neo, F. νεύσω, à νεύω.

Σωίη-

# Ξ

Ξυνίημι, intelligo. F. ξυνήσω. Ind. α. ξυνῆκα & apud poetas ξυνέηκα.

# O

Oζω, oleo. F. ὄσω. perf. med. ὦδα, & Attice ὄδωδα.

Oἴγω, aperio, poeticum. Vide ἀνοίγω.

Oἶδα, noui, perfectum, uide εἴδω.

Oἰμώζω, gemo. F. οἰμώξω. Ind. α. ᾤμωξα

Oἴομαι uel οἶμαι, puto. οἴει, οἴεται. F. οἰήσομαι, ab οἰέομαι. Ind. α. ᾠήθην. perf. ᾤόμην uel contractim ᾤμην.

Oἴχομαι, abeo, F. οἰχήσομαι, ab οἰχέομαι. Ind. β. med. ᾠχόμην.

Oλολύζω, ululo. F. ὀλολύξω.

Oμνυμι, iuro, F. ὀμόσω uel ὀμοῦμαι. perfect. ὤμοκα, & Attice ὀμώμοκα, ab ὀμόω.

Oπτομαι, uideo, F. ὄψομαι. Indefi. α. ὤφθην.

Oράω, cerno, perf. ἑώρακα. Imperat. ἑώρακον, & Attice ἑώρων.

Oρύω, concito, F. ὀρύσω. Ind. α. ὤρυσα.

Ορω,eleuo. F. ὄρσω. Ind.α. ὦρσα. perf. ὦρα, & Attice ὄρωρα.

Οφείλω,debeo. F. ὀφειλήσω: uel ὄφλω ὀφλήσω. perf. ὤφληκα. Ind. β. ὤφελον, & concisim ὦφλον.

## Π

Πάομαι,acquiro. F. πάσομαι. perf. πέπαμαι.

Πάσχω,patior. F. πείσομαι,ab eo quod est πείθω. Perf. πέπονθα,ab inuſitato πονέω. Ind. β. ἔπαθον,ab antiquo πήθω.

Πείρω,tranſeo. F. περῶ. Indefinit. α. ἔπειρα.

Πέμπω. mitto, F. πέμψω. perf. πέπομφα. Ind. α. ἔπεμψα, ἐπέμφθην.

Πέρθω. diripio, F. πέρσω. Indefi. β. ἔπαρθον.

Πεταννύω. extendo, F. πετάσω· perf. πεπέτακα, & detractione uocalis πέπτακα. perf. paſſi. πέπταμαι, à πετάω.

Πέττω,pecto. F. πέψω, à uerbo poetico πέπτω.

Πέφρικα,horrui. uide φρίττω.

Πήγνυ-

Πήγνυμι, figo, F. πήξω. perf. πέπηγα. Ind. med. ἐπάγην, ἀπὸ τοῦ πήγω.

Πίνω, bibo, F. πώσω. perf. πέπωκα. perf. paſſi. πέπωμαι, ab eo quod fuit πόω. Ind. β. ἔπιον.

Πίπτω, cado, F. πεσοῦμαι. perf. πέπτωκα, ab antiquo πτόω. Ind. β. ἔπεσον, à πέτω.

Πλάττω, fingo. F. πλάσω. perf. πέπλακα.

Πλέω, nauigo, F. πλεύσω.

Πνέω, ſpiro, F. πνεύσω.

Πράττω, uendo, F. πράσω. perfect. πέπρακα.

Προΐεμαι, proijcio, Ind. α. προηκάμην.

Πυνθάνομαι, interrogo, F. πεύσομαι. perf. πέπυσμαι. Ind. β. ἐπυθόμην.

# P

Ῥέω, fluo, F. ῥεύσω & ῥηήσω.

Ῥήγνυμι, rumpo, F. ῥήξω. perf. ἔῤῥωγα. Ind. β. ἐῤῥάγην.

Ῥώννυμι, roboro, F. ῥώσω.

Ῥώννυομαι, ualeo, F. ῥώσωμαι. perfe. ἔῤῥωμαι.

## Σ

Σβεννύω uel σβέννυμι, extinguo, F. σβέσω & σβήσομαι. Ind. β. ἔσβην, à σβῆμι inuſitato, unde ἀποσβεννύω ἀπέσβην.

Σεύομαι, concitor, Ind. ἔσευα. & paſſi. ἐσύθην. perf. ἔσσυμαι.

Σήπομαι, putreſco, F. σύψομαι. Ind. α. ἐσάπην.

Σπάω, uello, F. σπάσω. perf. ἔσπακα.

Σπένδω, libo, F. σπείσω, ab antiquo σπείδω.

Στάζω, uel σαλάξω, ſtillo. F. σάξω.

Στένω uel σενάζω, gemo, F. σενάξω.

Στίζω, pugno, F. σίξω.

Στορεννύω uel σορέννυμι, ſterno, F. σορέσω. Ind. α. ἐσόρεσα, ab antiquato σορέω.

Στρωμνύω uel σρώμνυμι, ſterno, F. σρώσω. Ind. α. ἔσρωσα, à uetere σρόω.

Σχέω, cohibeo. F. σχήσω. Ind. β. ἔσχον. Imper. σχὲς, σχέτω.

## Τ

Τάζω, tendo, F. τάξω. Ind. β. ἔταγον uel ἐτέταγον.

Τέμνω,

Τέμνω,ſeco,F.τμήσω uel τεμῶ.Ind.β.ἔταμον.

Τεύχω,extendo.Ind.β.ἔτυχον.

Τήκω,liquefacio.F.τήξω.pf. τέτηκα.

Τίκτω,pario,F.τέξω.perf.med. τέτοκα.Ind.β.ἔτεκον,ab inuſitato τέκω.

Τίνω,ſoluo,uel τίω,F.τίσω.

Τιτρώσκω,uulnero.F.τρώσω.Ind.α.ἔτρωσα.perf.τέτρωκα, à τρόω.

Τιτράω,perforo.F.τρήσω, à τράω.

Τλάω,ſuſtineo,F.τλήσω.Ind.β.ἔτλην

Τρέφω,alo,F.θρέψω .Ind.α. ἔθρεψα.perf.med.τέτροφα.paſſi.τέτραμμαι.Indefi.β.ἐτράφην.

Τρέχω,curro,F.θρέξω.perf.δεδράμηκα,ab eo quod fuit δραμέω.Inde.β.ἔδραμον,ab antiquo δρέμω.

Τρώγω,comedo, futurum mutuatur ab inuſitato φάγω.φαγοῦμαι.Ind.β.ἔφαγον.

Τυγχάνω,ſum,F.τεύξομαι. perf. τετύχηκα.Ind.β.ἔτυχον, quaſi eſſet à τυχέω.

Υ

Υπέχω,ſuſtineo, F. ὑφέξω, uide ἔχω.

Υπισχνοῦ=

Υπισχνοῦμαι, promitto, F. ὑποςήσομαι, uel ὑποσχήσομαι. Ind. α. ὑπεσχέθην. perf. ὑπέσχημαι. Ind. β. med. ὑπεσχόμην.

Υπνώττω, dormito, F. ὑπνώσω.

Υποςερίσκω, priuo, F. ὑποςερήσω.

## Φ

Φάσκω, dico, Imp. ἔφασκον, cæteris caret.

Φέρω, fero. F. οἴσω. perf. ἐνήνοχα. Ind. α. ἤνεγκα. Ind. β. ἤνεγκον.

Φεύγω, fugio, F. φεύξομαι καὶ φευξοῦμαι. perf. med. πέφευγα. Ind. β. ἔφυγον.

Φημί, aio, F. φήσω. Ind. α. ἔφησα. Ind. β. ἔφην. Inf. φάναι.

Φθανώ, adſequor, F. φθάσω, à φθάω. perf. ἔφθακα. Ind. α. ἔφθασα. Ind. β. ἔφθην.

Φθείρω, corrũpo, F. φθερῶ. perf. med. ἔφθορα.

Φθίνω, tabeſco, F. φθίσω, à φθίω.

Φοινίκω, uel φοινίζω, cruẽto. F. φοινίξω

Φρίττω, horreo, F. φρίξω. perf. πέφρικα

Φύω, naſcor, F. φύσω. perf. πέφυκα. Ind. β. ἔφυν.

# X

Χαίρω, gaudeo, F. χαιρήσομαι uel χαρήσομαι. Ind. β. ἐχάρην.

Χαλεπαίνω, ſæuio. F. χαλεπανῶ. Ind. ἐχαλέπηνα.

Χάσκω, aſpicio, F. χανοῦμαι. perf. medium, κέχηνα. Ind. β. ἔχανον, ab inuſitato χαίνω.

Χέω, fundo, F. χεύσω. Ind. α. ἔχεα uel ἔχευα. Inf. χέαι.

Χρωννύω uel χρώννυμι, coloro, F. χρώσω. Perf. med. κέχρωσμαι.

Χύω, fundo, F. χύσω. perf. κέχυκα.

Χωννύω uel χώννυμι, obſtruo, F. χώσω, ab inuſitato χόω.

# Ω

Ὤθω, expello, F. ὤσω, uel ὠθήσω ab ὠθέω. perf. ὦκα. Ind. α. ἔωσα. perf. paſſi. ἔωσμαι.

Ὠνέομαι, emo, F. ὠνήσομαι. perf. ὤνημαι, uel ἐώνημαι Attice.

Ὦρσα, eleuaui. Vide ὄρω.

ADA-

# ADAMVS SIBE-
## RVS AD PVEROS
## ſtudioſos.

Hanc quicunq; ſcholã, ſeu ciuis in urbe frequẽtas,
  Adueniens hoſpes ſiue aliunde Puer,
Exornet caſtos ſuc ſancta profeßio mores,
  Artibus & bona ſit conſona uita bonis.
Necquas immerito noſtri fera temporis ætas,
  Contemptas nullo prorſus honore colit,
Inuidia maiore oneres pia numina Muſas,
  Ordinis exiſtens dedecus ipſe tui,
Perlege ſubſcriptas, quas conſpicis ordine, leges,
  Quîs uitam inſtituas erudiasq; tuam.
Nam quiſquis pulchræ laudis ſuccenſus amore,
  Proluere Aonijs fontibus ora cupit,
Ornare is pectus uirtutum diuite cultu,
  Exemplum Pueri debet & eſſe boni.

# LEGES SCHO-
## LASTICAE.

Primum, quod abſq; moribus ſcientia.
  Vana omnis eſt, uenerans Dei numen cole,
  Scopum tibi proponens ſtudiorum omnium,

Nihil

Nihil Dei Chriſtiq; præter gloriam.
Ne fiat inſenſum illius numen tibi,
Seruare te iubeo præcepta, quæ dedit,
Quibusq; nil magis execratur omnium,
Peccata toto fugere mentis impetu,
Magis in dies bonum piumq́; euadere,
Veramq́; cordis innocentiam ſequi.
Verbum illius nunquam malè pius deſpice,
Sed in omnibus quæcunq; ſacra continet
Scriptura crede. nanq; uerax in ſuis
Verbis Deus, pœnas minatur improbis,
Iuſtis & idem pollicetur præmia.
Quòd ſi tamen (hominum qualis imbecillitas)
Errore lapſus, inquinaſti turpium
Te ſordibus uitiorum, ad aram confuge.
Aram Dei dico perennis filium,
Qui morte triſti noſtra finiuit mala,
Quem propter & miſeratus omnium Deus,
Spondet ſalutem perpetem credentibus.
Ingrata nulla adeò tibi hora tranſeat,
Qua non ſit ante oculos Dei benignitas,
Chriſtiq; laudes uſq; & uſq; concinas,
Seu ueſperi ſomno & quieti collocas
Defeſſa membra, oculis ſoporemq́; accipis:
Seu mane ſurgens ad ſtudia accedis tua,
Ingenia ut ille lumen infundat, roga,

Poſcens opem prece, & benignam gratiam.
Cibum prius non inuocato numine
Ne quando ſumas, nam Deus qui condidit
Suſtentat idem, datq; corpori dapes,
Fameq; dempta præſtito pro munere,
Grato preces eidem funde pectore.
Adeoq; quidquid incipis rerum omnium,
Vt numine ſuo adſit tibi Deus, roga.
Nam quas fauore ſuo regit bonitas Dei,
Habere proſperum res exitum ſolent.
Feſtis diebus conciones publicas
Adtentus audi, quæq; dicuntur, pia
Exprimere uita, & moribus ſanctis ſtude,
Nec garriendo turpiter te unquam gere
In æde ſacra: non homines tantum uerens,
Sed potius ipſum Deum, & beatos Angelos.
Iuſto parentes (ſic Deus iubet) cole
Honore, nec non mentis atq; animi patres,
Qui literis te, quiq; moribus bonis
Sic inſtruunt ad omne uirtutis decus,
Ama, reuerere & omnibus ſemper modis
Parere mandatis & obſequi ſtude.
Illos iubere, te decet iuſſa exequi.
Fac in ſcholam hora conſtituta uentites
Armis tuis inſtructus, ac ſine uenia
Abſis, quod improbi faciunt, non ſæpius.

Ingreſſus auditorium, nuda caput.
Haud fabulare, tempus haud male tranſige,
Semper tuum ſed occupa tacitus locum.
In lectione agito, relictis omnibus
Ineptijs, quod ille flagitat locus.
Ab ore pendens te docentis, annota
Quæcunq; dicit, ut cotidie doctior
Fias. Sine nanque nemo diligentia
Receptus intra eſt Pieridum ſacraria.
Ediſcere quod iuberis, omne ediſcito,
Et memoria conſtare doctrinam puta.
Cum recitat alter, ne quid illi admurmures,
Nanq; inſuſurratio illa plurimum impedit
Diſcentium curſum atq; diligentiam.
Non contumax, non peruicaci audacia
Rebellis, unquam obſiſte eis qui te docent,
Sis gratus illis, atq; pro laboribus
Grates agito. dum te docentes literas
Nil tædij non deuorant, & in tua
Non inuehuntur ſponte delicta acrius.
Qui literas amat, ille amat quoq; corrigi.
Germanice non loquitor ulli æqualium,
Verbis Latinis ac locutionibus
Animi latentem ſedulus ſenſum explica.
Epiſtolas quas iuſſus es componere,
Fac præſtituto ſemper offeras die.

Nam ſcriptione plurima niſi ſtilum
Exerceas, & ſcripta corrigi ſinas,
Omnem laborē fruſtra, oleumq́; inſumpſeris.
Dimiſſus è ludo, uias per publicas,
Aedes tuorum non laſciuiens pete.
Quod ſol diei, hoc eſt puero modeſtia.
Si quis ſenex ſit aut ſenator obuius
Tibi, aut miniſter uerbi, honeſtaue fœmina,
Decede de uia, atq; humilis nuda caput.
Domi parentum, quiq́; eorum ſunt loco
Mandata ſtrenue atq; dextre perfice.
Non otioſos perde negligens dies.
Iactura nulla maior eſt, quàm temporis
Quin à magiſtro dicta, ſeu de moribus
Seu literis, inſcribe pectori memor.
Non ſit tibi ulla cum altero diſcordia.
Nefas nocere uel malis ingens puta.
Patiare potius, quàm facias iniuriam,
Sin forſan illam quis prior tibi intulit,
Aut perfer, aut ſi maior atq; indignior
Quàm ferre debeas, eam ad tuos refer.
Homini æquus ipſi, uerum iniquus crimini,
Tu uerbera nullum, nec ulli iraſcitor,
Nullū execrare optādo quid damni aut mali,
Amore fraterno ſed omnes dilige.
Commertium hominum uita inprimis improbū.

Aliena

Aliena fraude uiq; aperta non rape.
Reſtitue, ſi quid inuenis, domino ſuo.
Ne quid tamen perdas tuorum, ſedulo
Veſtes, libros, & quidquid eſt cuſtodias.
Nunquam ſuperbo pectoris faſtu tumens,
Crepansq; inanes arroganter glorias,
Præpone te alijs, neminemq; deſpice.
Ne mentiaris, friuolos odit Deus,
Vera audi, amaq; uera, uera dicito.
Nihil eſt amore ueritatis pulchrius.
Latere nullum facinus occultum puta,
Et liber omni quamuis arbitro locus,
Tamen uerere ubiq; præſentem Deum.
Oculi uident notantq; cuius omnia.
Sed nec loquaris aliquid unquam obſcœnius,
Nec enim proterue facere quid, ſolũ eſt ſcelus,
Verum loqui etiam turpia, & quæ non decẽt.
Tace igitur, aut ſit ſermo de rebus bonis.
Raros ſilere, lingua multos perdidit.
Ne riſeris cum nulla riſus cauſſa ſit,
Nec in iocoſis ſis Timon aut Socrates.
Non breuibus atq; diſſecatis ueſtibus
Incede, uti miles atq; uenator ſolent.
Sit apta tunica, calceus decens, toga
Qualis modeſto, & non ſuperbo conuenit.
Luſus malorum originem fuge omnium.

Vita choreas, & loca turpitudinis.
Cerere atq; Baccho temperanter utitor,
Luxuria uires mentis atq; corporis
Frangit, uenenum Colchicis nocentius.
Vbicunq; crapula regnat, uirtus exulat.
Aeſtate, aqua caue lauare frigida,
Ne plurimis quod contigit, uitam miſer
Summerſus undis finias turpiſſime.
Atq; ut breui tibi retexam ſingula,
Reuerere dictis, factis omnibus Deum,
Vitamq́; ſic totam inſtrue, ut ne præbeas
Anſam inuidis calumniandi aut improbis.
Neue unius culpa audiant omnes male,
Tibi impera ipſi, ad resq́; honeſtas erige
Senſus iacentes, parte meliore utere
Mentis, quod enim uidemus eheu plurimos
Mœchos, homicidas, helluones, belluas,
Non eſt magiſtri culpa, non ſemper patris,
Sed mentis atq; perditi uis ingenij.
Aetate fruere, quæ cito curſu fugit,
Nec ulla ſegnis aut iners eat dies,
Sed uſq; ſtudijs deditus uaca bonis.
Sic fiet, ut laudem & perennem gloriam
Bonis feras in literis, nec non opes
Tibi compares, quas nullus eripit dies.
Nam cuncta pereunt, ſola perpetuo manent,

Expertia necis, mentis atq; animi bona.
Quin ipſe qui ad ſeſe iubet pueritiam
Primis uenire Chriſtus ab incunabulis,
Aderit fauore, ut inter illuſtres uiros,
Sis utilis patriæ, atq; Eccleſiam Dei,
Ornes & eruditione & moribus.

FINIS.



Mauritius Brandt

Cl 320a

ULB Halle 3
002 163 179

56. f

Constat xj gl iij d.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-143071-p0147-7



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-143071-p0148-3

Cb 857 t 3

# DE SYNTAXI PARTIUM ORATIONIS APUD Græcos Liber,

Authore

GEORGIO FABRICIO

Chemnicenſe.

Item

VERBA ANOMALA SECUNdum ordinem literarum.

Et

LEGES SCHOLASTICAE, CARmine Iambico trimetro, per Adamum Siberum.

Cum gratia & priuilegio Cæſario ad Septennium.

ARGENTORATI APUD Vuendelinum Rihelium,

ANNO M. D. XLVI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-143071-p0149-2